inſpicim⁹. de re.iur.l.li.vi.in mercu. ¶ Quid in eo q existẽs in ecclia mãdauit delictũ alibi ꝯmitti ecõtra existens ex̃ ecclesiã mãdauit delictũ in ecclia ꝯmitti an gaudeat imunitate ad ecclesiaꝫ ſecuto delicto ꝯfugiens h.q.depẽdet ab alia vbi qs dicat delinquere mãdator.an in loco vbi mãdauit.an vo eo vbi delictum fuit ꝯſecutũ tex. in cle.paſtoralis.in v.necnõ.ꝯiũcta glo.in v. diſtrictu.de re iudi.vr innuere ꝙ vr delictũ ꝯmittere vbi fuit delictũ ſecutũ.tu vide de hac q.plenius p Bar.in.l.ſi vt ꝓponit.ff.de fideiuſſo.⁊ de hac mã lati⁹ p cũ in.l.nõ ſolũ.§.ſi mãdato.ff.de iniu.

## ¶ Ne clerici vel monachi ſecularib⁹ negocijs ſe imiſceant. Rica.

Continuat h Rica ad ꝑcedẽtia h ordine ẜm doc Sup̃ viſum ẽ de his q̃ clericis ꝯpetũt. nũc autẽ de ꝓhibitis eſt videndũ vel ꝯtinuat ad ti.m ꝓxime ꝑcedentẽ ſic. Quia.ſ.tractatũ ẽ de imunitate ecclesiaꝝ ⁊ clericoꝝ ne forte ob hãc imunitatẽ clerici ⁊ monachi ſupbirẽt ⁊ arbitrarent ſibi oia licere.merito ſbijcitur h Rica p quam oſtẽdit ꝙ nõ debẽt ſe imiſcere ſecularib⁹ negocijs. ¶ Sꝫ ꝓ declaratiõe Rice querit qd dicat ſeculare negociũ. Ho. Inno.in.c.i.cuius dicta ſequit Jo.an.h ſup Rica vr velle ꝙ dicat tripliciter ſeu tribus modis ſumi põt.ꝑ eni dr ſeculare negociuꝫ qlibet act⁹ ſeculariũ rex ex.m ſumi põt ex numeratis.j.c.i.a qbus actib⁹ tpibus abſtinendũ ẽ.2.o dr negociũ ſeculare iudiciũ de reb⁹ ſecularibus qd clericis nõ licet niſi inter clericos tñ .xi.q.i.§.ex his.3.o dicit ſeculare negociũ qd eſt int̃ ſeculares hoies qd etiã nõ licꝫ clericis niſi de his q̃ ptinent ad iudiciũ ecclie.puta de decimis in repa. ⁊ ſi.de iudi.qnto.lxxxviij.di.p totũ.ſꝫ ego allego ad hãc mãm glo.ſumme.xxi.q.iij.q̃ dicit negocia ſecularia dici trib⁹ modis ſꝫ aliter ꝓſeq tur q̃ꝫ Inno.vide eã que iudicio meo mãm plene nõ euacuat. Ego autẽ dicerẽ ꝙ negociũ ſeculare põt q̃ ad ꝓpoſitũ noſtꝝ ſumi ſtricte ⁊ large. põt eni ꝑ dici ſeculare negociuꝫ quicqd ꝑuenit ex carnali ꝯcupiſcẽtia nõ ſbiecta freno rõis ⁊ h innuit tex.j.c.ꝓxi.in ꝑn.⁊ dicit tũc negociũ ſeculare q: p illa oino viuit ſeculariter.i.ẜm ſeculũ ⁊ mundũ ſeu carnẽ nõ autẽ ẜm deũ ⁊ ſpiritũ ⁊ hec ꝓhibent etiã laici vt patet ex multis enumerati.j.c.ꝓxi.ſed ꝑcipue clerici.2.o poteſt h verbũ ſeculare ſumi magis ſtricte vt ꝯprehẽdat negocium ptinens ad rẽpublicã mundanã ⁊ ſeculares hoies qd licet pmiſſuꝫ ſit laicis tñ clericis interdicit vt negociari.lxxxviij.di.fornicari.⁊ i.l.placet.C.de epi.⁊ cle. vbi dr ꝙ nihil cõe debent habere clerici cũ publicis actib⁹ vel ad curã ptinẽtib⁹ cui⁹ corpori nõ ſunt annexi ⁊ p illũ tex.probat ꝙ nullũ officiũ põt cleric⁹ habere in republica ſeculari ⁊ ꝓbat in.c.proxi.⁊.c. rep̄henſibile. .xxiij.q.viij. nec ſunt clerici de vniuerſitate ſeculari.vt nõ. Inno.in.c.dilecta.de exceſſi.pla.ꝓpe fi.debẽt eni clerici attẽdere circa rẽpublicã ſpiritualẽ.laici vo circa rẽpublicã tpalem.ar.xij.q.i. duo ſunt gña.⁊.xxiij.q.viij.ꝯuenior.⁊ in.c.rep̄rehẽſibile.⁊.c.ſolite de maio.⁊ obe.⁊.xcvi.di.duo ſunt. Itẽ vita clericoꝝ debet v̈ſari circa vitã cõtẽplatiuã nõ autẽ de reb⁹ mũdanis habere curã niſi quaten⁹ ſunt neceſſaria ad corporalẽ vitã .i.q.iij.ſi qs obiecerit.laici vo poſſunt liberi⁹ iſtis bonis exteriob⁹ vti non autẽ abuti.vt le.⁊ nõ.in d.c.duo ſunt.hinc apoſtol⁹. Nolite conformari huic ſeculo ⁊ h voluit tex.j.c.ꝓx.alle.dictũ apoſtoli dicenti ꝙ nemo militãs deo implicat ſe negocijs ſecularib⁹.i.tẽporalibus ⁊ mũdanis quãtũcunqꝫ illa laicis liceãt hinc nõ.dicit tex.in.l.cõſulta diualia.C.de teſta.abſurdũ nanqꝫ ẽ ſi promiſcuis actibus reꝝ turbent officia ⁊ alij creditũ alius ſubtrahat ⁊ ꝑcipue clericis qbus obprobriũ ẽ ſi peritos velint diſceptationũ eſſe forenſium oſtẽdere q̃ verba nõ. ⁊ ita intelligo hãc mãꝫ merito tex.c.i.enumerans.xiiij.negocia ſecularia cã exẽpli dicit illa eſſe pauca.ſunt eni pauca reſpectu omniũ cũ plura ſunt negocia q̃ꝫ vocabula.l.nã enim.ff.de ꝑſcrip.ver.

## Multa ſunt

Caſus. Enumerat ꝯcilium multa ſecularia negocia a qbus iubet clericos ⁊ monachos abſtinere. ¶ Nõ ꝑ ibi pauca ꝙ xiiij.dicunt pauca. nam h dicit papa ſe velle pauca negocia ꝑſtringẽ ⁊ tñ enũerat. xiiij. de q̃ remittit Jo.an. ad.c. latores. de cle.ex.mi. Ego dico ꝙ dicunt .xiiij. pauci ẜm ſbiectã mãm q: negocia ſecularia ſunt tanta ꝙ illoꝝ reſpectu xiiij.ſunt pauca. ſic eodẽ reſpectu.xiij. milia dicunt pauca.vt in.c.diſciplicina.xlv.di.et alibi dicit glo. ꝙ id qd fit corã papa reddit notoriũ. vt in.c.manifeſta.ij.q.i.debet g̃ inſpici mã ſbiecta. Nõ 2.o ꝙ appetere pl⁹ iuſto ꝑcio ẽ turpe lucꝝ ex q̃ infert ꝙ emẽs rẽ ſcienter min⁹ q̃ꝫ valet ignorãte venditore turpiter acqrit.ad h.c.i. de emp. ⁊ vẽdi. ⁊ nõ.glo.x.q.ij. hoc ius porrectũ. vide p Cal.in.c.nauigãti.de vſu.⁊ p hũc tex.dicit Hoſti.ꝙ cleric⁹ debet cauere a negociatione de q̃ in.c.fi.j.de vſu. puto tñ clericũ nõ peccare ſi nõ cã negociatiõis vẽdit vel emit rẽ ꝓut ibi dr.dũmodo fraudulẽter nõ faciat.q: talis ꝯtractus nõ reprobat ibi nec etiã h cũ illud non ſit lucꝝ ſi iuſte fiat ſꝫ q: illud habet apparentiã prauã debet cleric⁹ ex honeſtate abſtinere.ar.c.cũ ab oi. de vi.⁊ honeſta.cle.vel tene dictũ Hoſti.ad halle.ho. tex.in.c.ſi qs cleric⁹.xiiij.q.iiij.vbi dr ꝙ ſi cleric⁹ mutuauit nũc pecuniã vt recipiat aliã ſpeciẽ puta frumentũ debet fieri eſtimatio ẜm valorẽ currentẽ tpe ſolutiõis vel tpe q̃ res tradit ẜm doc. ibi ⁊ ſic vr ꝙ nõ debet vẽdi plus q̃ꝫ valet vl minus.ꝓut dr in.c.ſi. ¶ Nõ 3.o clericũ debere abſtinere ab iniuſtis muneribus actiue ⁊ paſſiue ⁊ dicunt iniuſta munera q̃ ob iniuſtã cãm fiũt ⁊ de his ꝓpheta dicit. Beatus qui excutit man⁹ ſuas ab oi munere.triplex tñ eſt munus. vt in.c.ſunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nõnulli.i.q.i.⁊ dic vt ibi.vide qđ le.⁊ nõ.in.c.⁊ ſi
queſtiões.de ſimo.⁊.c.tuã.de eta.⁊ q̃li. ¶ Nõ
4º. oriaꝫ inter ↄtẽtiones ⁊ rixas ⁊ dicit Jo.poſt
He.ꝙ ↄtẽtiones ↄſiſtũt in vbis lites in iudicijs
rixe in factis vt ꝑcuſſionibꝰ inuicẽ qđ nõ.ꝑpter
ſtatuta de his mẽtiõeꝫ facitẽtia.puto tñ ꝙ verbũ
lis poſſit verificari in cõtẽtione extraiudiciali.vt in
.c.ſepe.in fi.de appellat.⁊ patet ex etymologia
vocabuli.vt colligit̃ in.c.forꝰ.de v.ſig.h̃ autẽ re
ſtringit̃ ad ↄtẽtionẽ iudicialẽ.ꝑpter verbum ↄtẽ
tiones qđ.ꝓcedit. ¶ Nõ 5º. ꝙ clericꝰ in ſacris dꝫ
abſtinere ab officio aduocatiõis nõ ſolum in cu
ria ſeculari ſꝫ etiã nõ debet ibi ob aliquã cãꝫ pu
blice diſputare niſi ꝓ viduis aut orphãis.ꝓ his
enĩ poſſunt clerici etiã poſtulare. de q̃ in.c.i.⁊.c
fi.de poſtu.dicit tñ Hoſti.nõ.hic ꝙ h̃ debẽt grãis
facere cũ h̃ ꝑmittat̃ h̃ eis ex pietate.vt in.d.c.i.⁊
fi. ¶ Nõ clericũ nõ debere habere ornamentũ
ſuo ꝓpoſito nõ ↄueniens ⁊ dic ꝓpoſito.i.ordini
ſeu dignitati ſue.facit.c.di.ↄ morẽ.⁊.c.clerici.de
vita ⁊ ho.cle. ⁊ vide ad mãꝫ bo.glo.xxi.q.iiij.in
ſumma.⁊ dicit Hiero.Qui virtutibus pollet or
natꝰ ẽ.⁊ vide bo.tex.in.c.epõs.xli.di. ¶ Nõ cle
ricũ nõ debere exercere etiã iuſtã negociationẽ
ↄcordat.c.fornicari.lxxxviij.di. niſi ex iuſta cau
ſa puta.ꝑpter neceſſitatẽ intellige tñ qñ aliquid
operat̃ ex ſuis manibꝰ vel emit rẽ vt inde habe
at mãm reducẽdi ad aliq̃s formas nõ enĩ debet
emere rẽ vt eã integrã ꝓ maiori ꝓcio vendat de
q̃ vide.xiiij.q.iij.in ſũma.⁊.q.iiij.in.c.i.⁊.c. cano
nũ.⁊.c.qcunqꝫ tpe meſſis.h̃ enĩ laicis etiã non li
cet vt ibi ⁊.c.eijciẽs.⁊.c.qm̃.lxxxviij.di. ¶ Nõ
vltimo ex fi.lr̃e maxime iũcto rubro ꝙ appella-
tione clericoꝝ nõ veniũt manachi. Itẽ ꝙ mona
chi nõ dicunt̃ miniſtri altar. ſꝫ dic h̃ vltimũ ꝓce
dere habito reſpectu ad monachos q non ſunt
clerici ſaltẽ in ſacr. ⁊ põt intelligi ſm antiq̃ tẽpo
ra qn monachi nõ erant clerici.xvi.q.i. gñaliter
an autẽ hodie appellatõe clericoꝝ veniãt mona
chi.dico ꝙ illi q ſũt ↄuerſi ⁊ nõ clerici nõ veniũt
.xij.q.i.duo ſunt gñã. monachi vo alʼs clerici ve
niũt in mã fauorabili ſꝫ in odioſa credo ꝙ nõ.qꝛ
habẽt q̃litatẽ religionis vltra clericatũ.ad h̃ tex
optimꝰ in ſili iũct. ibi nõ.ꝑ Jo.an.i.c.ſtatutũ.de
elec.li.vi.facit qđ nõ. Inno.i.c. ſedes.de reſcrip.
Siliſ.q.fit an appellatõe eccleſiaꝝ veniant mo
naſteria de q̃ in.c.grãdi.de ſup.ne.pla.li.vi.ꝑ igi
tur qro an indiſtincte clerici ꝓhibeant̃ ↄducere
bona ſecularia.tex. non aperit h̃ ſed dic ꝙ nõ .ſ.
qñ h̃ faciũt cã lucri.ſecꝰ ſi.ꝑpter neceſſitatẽ vľ ali
am honeſtã cãꝫ.de q̃ vide bo.tex. cũ glo.in.c.ꝑ-
uenit.lxxxvi.di.⁊.c.dilecti.de deci. Itẽ vide glo
nõ.h̃ in v.ↄductionis.q̃ dicit ꝙ ſi clericꝰ ſuccedit
ↄductori põt licite ſtare in illa ↄductiõe vſqꝫ ad
ꝓfinitũ tẽpus locatiõis.ar.l.decurio.ff. de decu.
vbi tex.nõ.dicit ꝙ decurio q ꝓhibet̃ conducere
q̃dam ſi iure ſucceſſerit in ↄductiõe remanet in
ea qđ eſt in ſilibus obſeruandũ qđ eſt bñ nõ. ad
ſilia.ad idẽ vr̃ bo.tex.in.l.ij.v.ſꝫ ſi iure.ff.de fal.
ꝑ queꝫ tex.dicit ibi Bar.ꝙ ſi ſtatutũ diſponit ꝙ
ſi nobilis nõ poſſit recipere ceſſionẽ ↄ popularẽ
ſi nobilis ſucceſſit in aliq̃ actione iure heredita-
rio nõ ꝑ h̃ incidit in ſtatutũ. Ego vo limito om-
nia ꝓdicta qñ aliquid prohibet̃ attẽto mõ ſed ſi
ꝓhibet̃ attẽto effectu tũc nõ poterit retinere eti
am iure hereditario.exm̃ in mẽdicantibꝰ q pro-
hibent̃ tenere bona ĩmobilia nõ enĩ potuerũt il
la tenere licet ſuccedãt iure hẽditario . vt in cle.
exiui de paradiſo.de v ſig.§ cupiẽtes.⁊ vide bo.
glo.iũcto tex.in.c.vnico.de reli. domi.li.vi. in v.
domũ.⁊ in.l.apud iulianũ.in fi.iũcta.l.ſe.de le.i.
Cõductio enĩ predioꝝ prohibet̃ clericis attẽto
modo.ſ. ꝑpter cupiditatẽ que rõ ceſſat ſi alij in
ↄductiõe ſuccedũt. ſecus enĩ ſi ꝓhibent̃ qꝛ non
poſſunt illa tenere ⁊ idem dic in ſili.facit qđ nõ.
glo.in regula cũ qđ.de re.iur.li.vi.⁊ in.c.tue.de
procura. ¶ 2º. ꝑncipaliter q̃ro an licet emere vi
ctualia ⁊ poſtmodũ illa reuẽdere ꝓſertim ꝓ ma
iori precio. So. Inno.h̃ dicit ꝙ ſi qs emat vt tpe
famis abũdet ſicut fecit Joſeph.Gen̄.xli.licitũ
eſt. Idẽ dicendũ ſm eum etiã ſi emat nõ ſolũ ꝓ
ſe ſꝫ vt tpe famis alijs vẽdere poſſit eo precio q̃
tũc vendet̃ ab alijs qđ intelligit dũmodo faciat
bono aĩo.puta ne terra ſua deficeret in victuali
bus qꝛ videbat hoĩes ꝑpter abundantiã illa vi
ctualia ↄſumere vel ad extraneos deferre ſeu non
habere circa illa debitaꝫ diligentiã. ſi autẽ nulla
vtilitate ꝓẽſata emãt vt carius vẽdant dicit eos
peccare ⁊ grauiꝰ clerici q̃ꝫ laici.xiiij.q.iiij.qcunqꝫ.
⁊.c.i.de emp.⁊ vẽdi. ⁊ cũ his dictis trãſeunt cõi
ter doc.h̃. Ex ꝓdictis colligo hãc concluſionẽ ꝙ
nõ eſt licitũ emere rẽ vt carꝰ illa vendat̃ alio tẽ-
pore ſi h̃ ꝑncipalit̃ fit.ꝑpter lucꝝ. ſecꝰ ſi emptio-
fit ꝑncipaliter ob publicã vtilitatem.ſꝫ ego latꝰ
hũc articulũ exordiẽdo dico ꝙ reſpectu clerico
rũ indubitãter nõ eſt licitũ emere rẽ cã negocia-
tionis vt integra reuẽdat̃.vt in.c.fornicari.et in
c.negociatorem.lxxxviij.di. ⁊ vide ad mãm bo.
glo.xiiij.q.iij.in ſũma . In laicis autem dixerũt
Hugl. ⁊ Lau.xiiij.q.iiij.ſi qs clericꝰ. ꝙ ſi laicus
emit vilꝰ vt carꝰ vendat nõ ex cupiditate ſed vt
ſuis neceſſitatibꝰ ꝓuideat licitum eſt.vñ etiam ſi
emit ſine ꝓpoſito vendendi ⁊ poſtea articulꝰ ne
ceſſitatis vẽdendi occurrat.poterit vendi ꝓ ma
iori ꝓcio ſi tantum valet.ar.c.qcunqꝫ.xiiij.q.iiij.
q̃ſi voluerit dicere ꝙ ille tex.prohibet rẽ emi vt
carꝰ vendat̃ ꝑpter cupiditatẽ.ſecꝰ ſi fit ꝑpter ali
am honeſtã cauſam ⁊ ꝓdictis vr̃ ↄcordare hea.
Tho.2ª 2ᵉ.q.lxxvij. ar.iiij. vbi dicit ꝙ ſi nego-
ciatio q̃ fit ꝑpter lucꝝ ordinat̃ ad aliquẽ effectũ
neceſſariũ vel honeſtũ.puta ad domꝰ ſue ſuſten
tationẽ vel etiã ad ſubueniendũ indigentibꝰ vel
ꝑpter publicã vtilitatẽ ẽ licita qꝛ capit lucꝝ pro
ſui laboris ſtipẽdio . Idem dicit ſi emit rẽ nõ vt
vẽdat ſꝫ ad ſui vſum ſi poſtea ꝑpter aliquam ne
ceſſitatẽ illã vendere vult nõ ꝓhibetur vẽdere ꝓ
maiori ꝓcio ſi tantũ nũc valet qꝛ iſta nõ eſt nego
ciatio.nã põt ↄtingere illã rẽ plus valere nũc vel
qꝛ in aliq̃ meliorauit rẽ illam vel qꝛ preciũ rei eſt
mutatũ ſm diuerſitatẽ loci vel tẽporis vel.ꝑpter

periculũ cui ſe expoſuit trãſferendo de loco ad
locũ vel eã trãſferri faciẽdo ſed illicitũ eſt vbi ſi
nẽ pncipaliter ↄſtituit in lucro qñ emit rẽ vt cau
ſa imutata vẽdit cari⁹. Jo.cal.attigit hũc articu
lum in.c.fi.de vſu.ꝛ cõclude poſt eũ ſic ꝙ aut qs
emit rẽ vt carius illã vendat ꝑpter cupiditatẽ ꝛ
nõ eſt licitũ quicqd pl⁹ iuſto appetit hõ turpe lu
crũ ẽ vt h̃ ꝛ in.d.c.qcunq3. aut nõ facit ꝑpter cu
piditatẽ ſ3 ab honeſtã cã3.puta ꝑpter ſuſtẽtatio
nẽ familie ſue vel quid ſilẽ ꝛ tũc ſi vẽdit illã rem
oĩno integrã ꝑ maioꝛ ꝑcio nõ eſt licitũ ꝑ.c. eijci
ens.lxxxviij.di. Nõ q2 aut a pncipio min⁹ iuſto
ꝑcio emit aut nũc vendit pl⁹ debito ꝛ ſic fuit in-
iuſticia. Aut tpe emptiõis vel vẽdiõis qḋ nõ eſt
licitũ.vt in.c.i.de emp.ꝛ vẽdi.nõ enĩ licet ex ꝑpo
ſito emere vel vẽdere rẽ min⁹ vel plus q̃3 valet.
vt in.d.c.i.ꝛ nõ.glo.x.q.ij.h̃ ius poꝛrectũ.ſi autẽ
nõ eſt oĩno integra et imutata tũc enim bñ licet
vẽdere ꝑ ꝑcio currenti.licet ſit mai⁹ põt autẽ cõ
tingere mutatio multis modis vtputa qñ ẽ trãſ
lata in aliã foꝛmã vel ꝑpter mutationem loci vel
tẽpoꝛ vel qd ſilẽ.vñ tex.in.d.c.eijciẽs.dũ pmit-
tit rẽ immutatam vẽdi ꝑ maioꝛi ꝑcio põt intelligi
multis modis vt.s.dictũ ẽ.ꝛ in h̃ caſu ꝑcedit di-
ctũ bea. Tho. Lau.ꝛ Hu.h̃ enĩ caſu ceſſat cupi
ditas ꝛ oĩs iniuſticia ꝛ vr̃ lucrari ꝑpter induſtri
am ſuã ꝛ ob honeſtã cãm ꝛ ſic limita dictũ Jn-
no.h̃ ꝛ maxime qñ rem trãſfert de loco ad locũ
ꝛ h̃ nõ.q2 multi mercatores in ꝑdictꝭ errãt. Jte3
ſcias ꝙ vbi alias negociatio in ſe ẽ licita tñ ex cã
efficit̃ qñq3 inhoneſta ꝛ iniuſta ſm Jnno.h̃ cui⁹
dicta retulit Jo.an.s.in rl̃ica vtputa ꝑpter cupi
ditatẽ xiiij.q.iiij.qcunq3.ꝛ nõ h̃ ad ĩtellectũ illi⁹
c.ꝛ ſatis.s.dixi. Jtem ex tpe q2 die feriata.s.de
ferijs.c.i.ꝛ fi. Ex loco q2 in eccleſia.s. ti.ꝑxi.c.i.
Ex ꝑſona q2 clerici vt ꝑ totũ iſtũ ti.et in iuribus
ꝑalle. Jtẽ ex re q2 nõ licet negociari in his q̃ nec
ꝑ ſe nec cũ admixto poſſunt eſſe vſui. vt in.l.qḋ
ſepe.§.veneni.ff.de ↄhen.emp.vñ negociari lic3
in veneno q2 admixtũ põt eſſe vſui ĩ medicinis
vel etiã puꝛ ꝑ feris occidendis ſicut de gladio
dicim⁹ ꝑpter defenſionẽ. Jdẽ dicit Jnno.de co
loꝛib⁹ ad coloꝛandos hoĩes vel mulieres ꝑ bo-
no ſed h̃ dictũ vltimũ de coloꝛãdis maxime ho
minib⁹ nõ placuit Hoſti.cũ cuiq3 ſufficere debe
at ꝛ placẽ nãlis coloꝛ dat⁹ a deo.ꝛ vix ſine ipſi⁹
iniuria põt ali⁹ ſupponi.ar.de ↄſe.di.iiij.oſtendi
tur.vñ eccliaſtes q̃rto ne accipias faciem aduer
ſus faciẽ nãlem ꝛc. vñ Cipian⁹ de diſciplina ꝛ ha
bitu virginũ dicit ꝙ op⁹ dei eſt qḋ naſcit̃.diabo
li eſt qḋ mutat̃.nõ tñ reꝓbat Hoſti.honeſtũ ꝛ
ſpecioſum ꝛ placitũ oꝛnamentũ mulieꝝ ſine pictu
ra ſi ideo oꝛnẽt vt magis viris ſuis ꝑlaceãt ſed ſi
vt alioꝝ oculos ad ſe trahãt illicitum ꝛ moꝛtale
peccatũ ẽ.xxxij.q.v.nec ſolo.ꝛ.c.ſe. venenũ enĩ3
habet licet null⁹ biberit ꝛ cũ h̃ tranſit Jo. an.ſu
per rl̃ica.ꝛ vide de pictura ꝛ oꝛnatu mulieꝝ qḋ
lati⁹ ipſe ponit ſup regula ea q̃ fiũt.de re.iur.li.
vi.in mercu.qḋ placet. S3 circa pᵐ poteſt dubi
tari nunqd exercẽs negociationẽ licitã ſ3 ex cau
ſis ꝑdictꝭ illicitã teneat̃ reſtituere lucꝝ credo ꝙ
ſic ꝑ ea q̃ dixi poſt Jnno.s.ti.ꝑxi.q2 plerimq3.
Vltimo h̃ querit̃ an oẽs clerici icludant̃ ſb ꝓ
hibitiõe hui⁹.c. So. Jnno.ꝛ Jo.an.vident̃ vel-
le ꝙ nõ ſed ſolũ ↄſtituti in ſacrꝭ oꝛdinibus ꝑ tex.
ibi miniſtris altaris ꝛc. q2 voluit vt ↄſtituti in ſa
cris dũtaxat dicant̃ miſtri altarꝭ. ad h̃ alle. doc.
de ↄſe.di.ij.trib⁹.ꝛ.c.ſe. Jdẽ dicit Hoſti.ĩ omni-
bus bñficiatꝭ de q̃ remittit ad nõ.in.c.i.de poſtu.
ꝛ.c.ij.de cle.ve.ego dicere3 ꝙ negocia ſecularia
ꝑuenĩẽtia ex carnis ↄcupiſcẽtia ſunt ꝓhibita oĩ
bus clericis ꝛ etiã laicis ſ3 maxime clericis vt h̃
nã appetere pl⁹ iuſto ꝑcio h̃ ꝛ ſilia indubitanter
omnib⁹ ſunt ꝓhibita.negocia võ ſecularia ſtricte
ſumpta.i.que licẽt laicis cũ ſint mũdana ꝓhiben
tur miniſtris altaris ꝛ etiam bñficiatꝭ. vt voluit
Hoſti. ꝛ in his ꝑcedit dictũ ipſoꝝ facit qḋ dixi
ſup rl̃ica. ¶ Ex his nõ ꝙ clericis in minoꝛibus
nõ bñficiatꝭ minime ꝓhibent̃ negocia ſecularia
alſs licita qḋ tene mẽti diligenter.

## Sacerdotibus

Caſus. Si clerici miniſtri vel ꝓcura
toꝛes laicoꝝ deprehendunt̃ in fraude nõ debet
eis ab eccl̃ia ſbueniri vel ſũma ſic. Clerici nõ de
bẽt eſſe miniſtri vel ꝓcuratoꝛes laicoꝝ ꝙ ſi ↄ fe-
cerint ꝛ deprehẽdant̃ in fraude nõ ſbuenit̃ eis
ab eccl̃ia.ꝑ ponit ꝓhibitionẽ.2ᵒ penã trãſgredi-
entiũ ibi ꝙ ſi. ¶ Nõ ꝑ ꝙ clerici etiã nõ ſacerdo
tes nõ debẽt eſſe miniſtri laicoꝝ per qḋ iſero ꝙ
nõ debẽt eſſe famuli laicoꝝ ſ3 ſenioꝛes ꝛ intelli-
go tex.in clericis ↄſtitutis in ſacris vel bñficiatꝭ
ꝑ id qḋ dixi.s.c.ꝑxi.ꝛ bñ facit.c.ꝑuenit. in pꝛin.
lxxxvi.di. ¶ Nõ 2ᵒ ꝙ clerici nõ debẽt eſſe pro
curatoꝛes laicoꝝ etiã ex̃ iudiciũ vt patet ibi in re
bus eoꝝ ꝛc.ad idẽ.d.c.ꝑuenit. ¶ S3 q̃ro an h̃
ꝑcedit idiſtincte. So.dicit Hoſti.ꝛ Jo.an.poſt
eũ ꝙ nõ.nã poterit eſſe cleric⁹ in eccleſiaſticis ꝛ
coꝛã eccl̃iaſtico iudice ꝓcuratoꝛ laici.q2 h̃ non ꝓ
hibet̃ h̃ nec alio iure ideo ẽ admittẽdus.l.inuit⁹
.ff.de ꝓcurꝭ.ad idẽ inducit Jo.an.c.cũ eſſent.de
ſimo.vbi etiã de h̃ ſicut ↄuerſo põt laic⁹ eſſe
in iudicio ꝓcuratoꝛ clerici vel eccl̃ie. vt in.c.i.de
ꝓcu.li.vi.ſ3 tu ad pᵐ vide ho.tex.iuncta ſupſcri
ptione in.c.ꝑ venerabilẽ.q fi.ſint legi.vbi Archi
eꝑs ꝓcurauit cãm eccleſiaſticã laici apud papa3
ꝛ firmant doc.in.c.in nr̃a.de ꝓcu.vbi vide qḋ di
xi.ꝛ hũc tex. vident̃ intelligere doc. qñ clericus
vult aſſumere ꝓcuratiõem coꝛã iudice ſeculari
vel ex̃ iudiciũ ꝛ vr̃ ſentire h̃ Jnno.tex. iſtũ ꝑce-
dere in ꝓcuratoꝛe gñali ꝛ ide3 vr̃ velle.j.eo.ſed
nec.ꝛ clari⁹ ꝛ latius hoc affirmat in.c.vnico.de
ob.ad ra.in fi.vbi dicit ꝙ vbicunq3 iuenit̃ ꝙ cle
rici nõ poſſunt eẽ ꝓcuratoꝛes vel huiuſmodi of
ficia exercere ĩtelligendũ ẽ gñaliter.nã vnu3 ne
gociũ clericoꝝ vel laicoꝝ ꝓcurare vel admĩſtra
re nõ ꝓhibent̃ ſᵐ eũ qḋ eſt mẽti tenẽdũ.nã doc.
hic tranſiuerũt ſicco pede ꝛ vide Fede.conſilio
.cclxvi.vbi h̃ dictu3 Jnno.ſeqtur ꝛ Archi.in.d.
c.ꝑuenit.ſed collec.in.c.i.de poſtu.ꝛ.c.dilecti.de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

arbi. tenet ꝯtrarium q꞉ iura loquūtur in h̄ indiſtincte dicerē ſic ꝙ aut cleric⁹ ex cupiditate vult aſſumere vnū negociū vel plura ⁊ non pōt. ar. hic ⁊. ſ. c. pxi. ⁊ in. d. c. ꝑuenit. in pn̄. aut non ex cupiditate ſ; ex charitate ⁊ ꝓcedit dictū Inno. ar. in. d. c. ꝑuenit. a ꝯtrario ſenſu ⁊ facit dictū Inno. cōiter approbatū in. c. cū I. et A. de re iudi. vbi dicit ꝙ etiā religioſus pōt de licentia abbatis aſſumere ꝓcurationē laicoꝝ amicoꝝ monaſterij ſi h̄ arbitret̄ ſupior redūdare in ꝯſequentiā ad commodū monaſterij. An autem teneat iudicium ſi clericus fuit ꝓcurator vbi nō poterat interuenire dic ꝙ ſic. ar. in. c. pia. de excep. li. vi. debet tn̄ ꝑ exceptionē repelli. vt in. c. ij. de poſtu. ⁊ hoc firmat Collec. in. d. c. dilecti. ¶ Cōclude cū querit̄ an ⁊ qn̄ clericus poſſit eſſe ꝓcurator laici aut vult eſſe in foro eccl'iaſtico ⁊ pōt ſaltē in eccleſiaſtici de q̄ dic vt plenius in. d. c. ij. de poſtu. ⁊. c. in nfa. de ꝓcura. aut in iudicio ſeculari aut eſt ⁊ aut cupiditate lucrādi ⁊ nō pōt aut ex charitate ⁊ amicitia ⁊ tūc ad vnū negociū pōt. indifferēter autē ⁊ gn̄aliter nō vt patet ex p̄dictis qd autem ecōuerſo. an laic⁹ pōt eſſe ꝓcurator clerici vel eccl'ie dic ꝙ ſic de ꝓcura. c. i. li. vi. ⁊. ſ. c. vno. de ſin. iconom⁹ autē gn̄alis eſſe nō pōt. vt in. c. indicatum. lxxxix. di. qd̄ tn̄ intellige vt dixi in. c. nōnulli. de reſcrip. vbi oīno vide ⁊ in. c. ij. de iudi. ¶ Ultio expediēdo glo. op. vr̄ enim ꝙ licet clericus trāſgrediat̄ p̄ceptū hui⁹. c. ⁊ capiat̄ in fraude in adminiſtratione non tn̄ per h̄ debet poſſe capi aut puniri ꝑ iudicē ſecularē q꞉ clericus nō ꝑdit ꝑuilegiū ſuū fori niſi p̄cedat trina monitio. vt i. c. in audiētia. ⁊ in. c. ꝯtingit. de ſen. excl. cui⁹ ꝯtrarium innuit h̄ lr̄a in fi. dū dicit ꝙ non debet iſti ab eccl'ia ſ̄buenire ſi capiat̄ in fraude. Io. glo. ij. timore cōtrarij ponit duos intellect⁹ ad iſtū tex. p̄mus eſt vt intelligat̄ ⁊ reducat̄ ad ꝯtrarium. ſ. qn̄ p̄ceſſit trina monitio. ſ; certe hūc intellectū ex toto nō patit̄ iſte tex. cū nulla fit in eo mētio de trina monitione. z⁹ intelligit ꝙ nō debet capi ſeu diſtringi ꝑ laicū ſed ꝑ iudicē eccleſiaſticū ⁊ ad tex. reſpondet ꝙ nō debet intelligi de ſ̄buentione reſpectu fori ſed vt ſ̄bleuet̄ a fraude ꝯmiſſa. puta dando auxiliū vel fauorē ⁊ eſt bon⁹ intellectus ⁊ hūc intellectū ſequunt̄ h̄ cōiter doc. dicūt eni maxime Inno. ⁊ Hoſti. ꝙ eccl'ia nō deb; eis ſ̄buenire vt det ei pecuniā ad ſatiſfaciendū de fraude vel vt det ſibi aliqd̄ auxiliū vel fauorē q̄ minus teneat̄ rn̄dere in loco in q̄ geſſit adminiſtrationē. vt in. l. i. ⁊. ij. C. vbi agi opor. de rō. ⁊ in. l. i. vbi de cri. agi opor. ⁊ ſatiſfaciat ꝯpetēter ad cognitionē iudicis eccleſiaſtici. Si autē ſecularis iudex illu; ꝓpria temeritate diſtringeret eccleſia ei ſ̄buenire non tantū reſpectu ꝑſone quantū reſpectu libertatis eccl'iaſtice niſi oīno eſſet incorrigibilis ⁊ monitiōem epi contēneret vt in ꝯtrarijs. ⁊ dic ꝙ iudex eccleſiaſtic⁹ ex officio ſuo pōt illū repetere quantūcunq; ille nō exciperet. vt in. c. dilect⁹ de appel. nō. in. l. i. §. ꝑ hanc. ff. de rei ven. ꝑ Bar. in. l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iudi. ꝫm intellectum ſentit tacite Hoſti. dicēs ꝙ vbi mōitio facta fuit per epm̄ ſub pena ꝑuatiōis oīs ꝑuilegij clericalis q꞉ illa loco trine admonitiōis habet̄ perdit̄ ex ꝯuentione ꝑuilegium fori ⁊ ita ꝯtingit h̄ ꝓut ꝓbat lr̄a ibi publice nuncietur ⁊c̄. ⁊ ibi ꝙ ſi poſtmodū ⁊c̄. Pro p̄ ꝙ admonitio epi habeat vim trine admonitiōis. adducit Hoſti. c. i. de loca. et de ſen. excl. a nobis. ſed meli⁹ potuiſſet adducere. l. ij. C. qn̄o ⁊ qn̄ iudex. ⁊ glo. in. c. cōſuluit. de offi. dele. ſ; mihi h̄ lec. nō placet. q꞉ iura q̄ ad priuilegiū fori perdendū requirunt cōiter trinā monitionē ab epo fiendā. vn̄ non ſufficit vnica etia; perēptoria. ad h̄ vide ho. tex. iuncta glo. nō. in v̄. iij. de vita ⁊ ho. cle. ⁊ h̄ eſt regulare ꝙ vbicunq; in mā odioſa ius requirit trinā monitiōe; nō ſufficit vnica etia; peremptoria. vt nō. in. d. cle. i. dixi in. c. ex tue. de cle. non reſi. vbi vide ad idē ho glo. in. c. i. de mili. vaſal. in v̄. etia;. coll'. x. ⁊ ad iura alle. ꝑ Hoſti. dic ꝙ loquunt̄ in alio caſu.

N ꝫ On magno Religioſi, pfeſſi exeūtes ad audiēdas leges vel phiſicā niſi. j. duos mēſes ad clauſtꝝ redeāt excōicati ſunt ⁊ in nulla cā p̄focinari poſſunt ⁊ in choro ⁊ in capitulo ⁊ ceteris erūt vltimi ⁊ ſine diſpēſatione pape nō ꝓmouent̄. diuidit̄ in tres ꝑtes. in p̄ma ponit factū rep̄henſibile. z⁹ id fieri ꝓhibet ibi vn̄. in ꝫ⁹ quadruplicē penā imponit ibi ſi vo. Nō p̄ ꝙ demon inuidet homini ⁊ ſemꝑ nitit̄ eū decipere ⁊ ſeducere ad peccandū. dolet enim ſatis ⁊ erubeſcit charitatē quā in celo neqd habere homines ꝯſtātes ex lutea mā in terra tenere. ⁊ ideo conat̄ q̄ztum pōt a p̄ncipio ruine ſue vnitatē eccleſie reſcindere. charitatē eccl'ie vulnerare. ſanctoꝝ opeꝝ dulcedine; inuidie felle īficere ⁊ oībus modis humanū gen⁹ euertere ⁊ ꝑturbare vt dixit tex. nō. in. c. viſis. xvi. q. ij. vbi vide ¶ z⁹ nota ꝯ deceptores q ſemꝑ veniūt ad decipiendū ſ̄b ſpecie boni ſicut demon q tranſfert ſe in angelū luci. ſuadet eni mala ſ̄b ſpecie alicuius boni. vn̄ vr̄ ꝑſuaſio boni āgeli ⁊ nō maligni hic canon dicit ꝙ ſepe ſe vitijs ingerunt ⁊ mentiunt̄ ſe eſſe v̄tutes. de q̄ vide pulchꝝ tex. in. c. ſepe. xli di. ¶ Nō z⁹ ꝙ oēs religioſi ꝯprehēdunt̄ appellatiōe regulariū. cū enim iſte tex. faciat gn̄aliter mētionē de regularib⁹. tex. in. c. ſuꝑ ſpecula. j. e. iſtū in effectu referens appellat eos religioſos. vn̄ dico ꝙ oēs habentes regulā approbatā per quā ꝓmittūt tria ſ̄bſtantialia religiōis dicunt̄ regulares ꝓprie ⁊ religioſi. iſta vo tria non ꝓmittēs nō dicunt̄ ꝓprie regulares vel religioſi. de q̄ vide glo. nō. in cle. i. de reli. do. ⁊ in cle. pe. de ſen. excl. ⁊ qd̄ dixi ſuꝑ Rūica de regula. ¶ Nō 4⁹ ibi ad legēdas ⁊ tene mēti ꝙ verbū legere nedū cōuenit ſcholarib⁹ ſed etiā doc. ꝓbatur p̄m hic iūcto. d. c. ſuꝑ ſpecula. j. eo. nā hic vtit̄ v̄bo legere ⁊ in. c. ſuꝑ ſpecula. vbi recitat̄ tenor huius. c. vtit̄ v̄bo audire ⁊ ſtudere. zm̄. ſ. ꝙ ꝯueniat doc. ꝓbatur in cle. i. de magiſ. ⁊ in. l. ij. ff. de ori. iur. ¶ Ex q̄ decidi pōt. q. an diſpoſitio loquēs de legētib⁹

habeat locū in ſcholarib⁹ ꝛ ꝓfecto ex pꝛopꝛio ſi
gnificato vocabuli dicendū ē ꝙ ſic ꝛ facit quod
nō. Jo an.in regula cū quid pꝛohibeť.de re.iu-
ris.li.vi.in mercu.ſed ꝓpter cōez vſum loquēdi
q debet attēdi in omni diſpoſitiōe.vt in.l. labeo.
.ff.de ſuppel.le.ꝛ.l.libꝛoꝝ.§.quod tñ caſſi⁹.ff.de
le.iij.nō. Bar.in.l.oēs populi.ff.de iuſti. ꝛ iure.
glo.in.c.nōnulli.de reſcrip.ꝛ doc.in.c.olim.de v.
ſig.dicerē legentes magiſtraliter dūtaxat inclu-
di. ¶ Nō 5°. ibi viri ſpūales ꝙ oēs regulares ꝛ
religioſi dicunť viri ſpūales qꝛ debent magis vi
uere ſ'm ſpiritum ꝗꝫ ſ'm carnē nec debent inuolui
actionib⁹ mūdanis ꝛ carnalibus. facit ad id qđ
dixi ſup rica. ¶ Nō 6°. ꝙ delictum vnicū quā
doqꝫ puniť dupliciter vt patet hic in fi. ꝛ hoc qꝛ
ꝗlibet per ſe nō ſufficiebat ad h vide qđ le.ꝛ nō.
in.c.at ſi clerici.de iudi. ¶ Nō 7°. ꝙ per iſta ver
ba talis ſit excōicatus ab omnib⁹ euiteť pꝛofer-
tur ipſo iure excōicatio vt colligiť h iuncto.c.ſu
per ſpecula.j.eo. et hoc veꝝ niſi talia ꝓferanť a
iure habēte poteſtatē excōicandi.qd aūt ſi ꝓfe-
ranť ab homine.diſtigue ꝑut in ſili nō. in.c.i.de
iudi. ¶ Quero nūquid ꝑlatus citra papā poſſit
diſpenſare ꝯ iſtā cōſtitutionē.puto ꝙ non.tñ qꝛ
h.c.fuit editū in cōcilio gñali ꝯ quod null⁹ citra
papā diſpenſat etiā ſi ſit legatus apoſtolic⁹.vt in
.c.dilect⁹.de pꝛeben.nō.glo.in.c.dilecti.de elecť.
ꝛ in cle.i.de elec. tñ quia regulariter īferioꝛ non
diſpenſat ꝯ canonē vbi nō reperiť diſpenſatio ꝑ
miſſa.vt in.c.dilect⁹.de tem.oꝛdi.ꝛ qđ nō.in.c.at
ſi clerici.§.de adulte.vbi plene dixi de iudi.tum
qꝛ tex. h vtitur vbo oīno.quod vꝫ excludē diſ-
pēſationem ad hoc qđ nō.glo.in cle.vt hi qui de
eta. ꝛ ꝗli.in glo.in v.nullo modo. q eſt nō. ¶ 2°.
quero nūquid ſtudiū maxime ex̄ clauſtꝝ ſit reli
gioſis ꝓhibitū.tex.iſte innuit ꝙ nō cum ſolū eis
ꝓhibeat duas ſcīas.ſ.phyſicaꝫ ꝛ legem ciuilē.ſ.
mūdanā.ergo alias videť ꝑmittere.ar.c.nonne
de ꝑſump.ad idē alle.c.vt periculoſa.j.eo. li. vi.
vbi imponiť pena religioſis ſi exeūt clauſtꝝ cau
ſa veniēdi ad ſtudiuꝫ ſine licētia ꝑlatoꝝ.vñ cum
licētia pꝛelatoꝝ ille tex. permittit hoc ꝛ bñ facit
cle.ne in agro.de ſtatu regula. ꝓpe fi.v.rurſus.
vbi diciť ꝙ ad h vt ipſis monachis via opoꝛtu-
na in ſcīa pꝛoficiendi nō deſit debet teneri magi
ſter in monaſterio q eos inſtruat in ꝑmitiuis ſci
entijs diligenter ꝛ ꝙ ſtudiū ꝯueniat religioni.vi
de plene ꝑ Jo.an.in.c.ſane.de regula.ꝛ ibi dixi.
doc.etiā hic ꝛ in.c.ſup ſpecula. ꝯcludūt ꝙ decre
ta ꝛ theologiaꝫ poſſunt religioſi ſtudere q ſunt
ſcīe pietatis.dicit tñ Jo.an.ꝙ magis ꝯſuleret vt
manerēt in coꝝ clauſtro qꝛ ſepe ex ſcīa intume-
ſcūt ꝛ inſurgūt cōtra eoꝝ abbates illos accuſan
do ꝛ multa dāna ex h pꝛoueniunt monaſterio.
Ego fateoꝛ ꝙ h ꝛ ſimilia ſepe ꝯtingūt ex ſcientia
nō bene digeſta . tñ ex ſcientia bñ pcepta multa
infinita bona ꝓueniunt eccleſie etiā vniuerſali q
ad ſui regimē indiget ꝑmaxime viris lr̄atl vt di
cit tex.i.c cū ex eo.de elec.li.vi.ꝛ de⁹ dixit per ꝓ
phetam qꝛ tu ſciam repuliſti ꝛ ego te repellā ne

fungaris ſacerdotio ꝛ trāſumptiue habeť in.c.
niſi cū ꝑdem.de renū.ꝛ Hiero.ad ruſticum mo
nachū inqͭt. Si clericat⁹ titulat deſideriū diſcas
qd poſſis docere ne ſis miles anteq̄ꝫ tyro.ne ꝑ-
us magiſter anteq̄ꝫ diſcipul⁹.mihi placet vt ſan
ctoꝝ doctoꝝ habeas cōtuberniū nec ipſe te do
ceas ꝛ abſqꝫ doctoꝛe ingrediaris viā quā nūq̄ꝫ
ingreſſus es vt habeť.xvi.q.i.ſi clericatus.ꝛ ali
bi ad eundē. Longo tp̄e diſce que poſtmodum
doceas ꝛc̄. ea.cau.ꝛ.q. ſic viue.ꝑ que patet ꝙ nō
ſolū addiſcere ſed etiā docere licitū eſt religio-
ſis dūmodo ad officiuꝫ docendi aſſumanť ꝑ ha
bentes poteſtatē.vt nō.doc.in.c.qꝛ nonnulli. de
magiſtrl.nā hoc ſtudiū addiſcēdi et docendi in
ſciētijs pietatis ꝑuilegiatū eſt.vt in.c.fi.de magi
ſtrl. ¶ 3°.quero quid ſi religioſus exit clauſtꝝ ꝛ
tñ non viſitat ſcholas ſed ſibiipſi legit vel ſtudet
in ſciētijs h pꝛohibitl. Ro.dicit h Inno. ꝙ nihi-
lomin⁹ incidit in penam hui⁹.c.qđ puto veriſſi-
mum.qꝛ tex.iſte ad penā incurrendā non reqͥrit
ſcholaꝝ viſitationem ſed ſolū ꝙ exiuerit clauſtꝝ
cā audiendi leges vel phyſicam ꝛ nō redierit.j.
duos mēſes quare pl⁹ puto ꝙ etiam ſibiipſi nō
legat neqꝫ ſtudeat in his ꝓhibitl exq tamen exi
uit hac de cā ꝛ nō redierit.j.duos mēſes incidit
in hanc penā qꝛ verba huius.c.aliud non expo
ſcunt.ad h adduco qđ le.ꝛ nō. in.c.i.ꝓpe.fi. de
homi.li.vi.maxime iūcta glo.que ē ſuper v.mā-
dauerit.vbi ex ſolo mandato quis punitur licet
mandatū non habuerit effectū nec ſufficit reuo
care mandatū ex poſtfacto.ad idē ho.tex.iūcta
glo.in cle.ne in agro.§.qꝛ vero.ſuper v.ipſo fa-
cto.v.ꝙ ſi.vbi qs incurrit penā eoipſo quo quis
exit clauſtꝝ vt viſitet curiā ꝑncipis cauſa dānifi
candi monaſteriū licet effectus nō fuerit ſbſecu
tus.facit.l.ſi qs non dicā rapere.C.de epi.ꝛ cle.
ꝛ.l.is q cum telo.C.de ſicca.ꝛ per h ꝛ iſtum tex.
puto ꝙ ſi qs exiuit clauſtꝝ non cauſa audiendi
has ſcīas interdictas ſed ꝓpter alias permiſſas
vł aliam honeſtā cauſam licet poſtea ſtudeat in
iſtis ꝓhibitis nō incurrit hanc penā. ſaltem cum
nō ſtat ex̄ monaſteriū pꝛopter iſtas ſcīas pꝛohi
bitas ꝑncipaliter ſed ꝓpter illā cauſam honeſtā
ꝛ h puto veriſſimū quicquid ſentiāt doc.in.d.c.
ſup ſpecula.vbi dicā. naꝫ iſte tex.ꝛ ille fundāt ſe
ad penā incurrendam ſup iſtl duobus.ſ. qñ exi
uit clauſtꝝ. Itē pꝛopter audiēdas ſeu legendas
has ſcīas ꝓhibitas ꝛ cum ſum⁹ in penalibus nō
debemus recedere a vbis maxime vbi imponiť
pena ipſo iure.ad h.c.cum ex eo.de elec.iūcto.c.
ꝑpetue eo.ti.li.vi.facit quod nō. Jo.an.in regu
la in penis.de re.iurl.li.vi.in mercu.nec debꝫ pe
na excedere caſum ꝓpꝛium vt dicit tex.de peni.
di.i.§.pene. nec etiā ſubeſt eadem rō. qꝛ foꝛtius
peccat q exijt clauſtꝝ pꝛincipaliter ꝓpter rē pꝛo
hibitā ꝗꝫ qui exiuit ꝓpter rē honeſtam ꝛ pꝛinci-
paliter detineť pꝛopter rē ipſam honeſtā licet in
cidenter attētet rem ꝓhibitam.facit qđ nō.in.d.
cle.ne in agro.in glo.ꝑalle. et ad h nemo in hac
mā aduertit.dicā in.d.c.ſuper ſpecula. vbi doc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tangunt.q. de religioſo ſtudente ius ciuile in ca
mera an incidat in penā. ¶ 4° quero an iſte tex
habeat locū in vouente intrare religionē qui tñ
adhuc nō intrauit. So. Jo.an.poſt Pe. videt
velle ꝙ ſic. pro h facit iſte tex. ibi poſt votū reli
gionis poſt factā in aliquo loco religioſo profeſ
ſiōez ⁊c.vñ videtur quodlibet per ſe ſufficere ad
penā incurrendam. Jtē facit ſm eos qꝛ ex voto
q̄ztum ad deum religioſus eſt ⁊ timendū eſt ne
pꝛopter h retardetur a voto.ar.ſ̄.de voto.lſatu
ram.⁊.c.per tuas. Preterea religioſus pōt dici
exquo ad ſedire non poteſt. Ego puto hoc ꝓce
dere qñ occaſione voti iā intrauerat religionez.
licet adhuc ꝓfeſſionem nō fecerit ⁊ h innuit lit
tera dum requirit exitū a clauſtro. ſecus ergo ſi
adhuc nō intrauerat monaſteriū qꝛ tunc verba
tex.ad iſtū explicari nō poſſunt.dicit tñ Jo.an.
h.c. habere locū in pꝛofeſſo tacite vel expꝛeſſe.
ar.c.vt periculoſa.j.eo.li.vi. qđ ſatis mihi placet
qꝛ verba nō reſiſtunt ⁊ in vtriſqꝫ eadē eſt ratio.
¶ 5° querit̄ an hodie expectetur lapſus iſtoꝝ
duoꝝ menſiū. Jnno.ꝙ non in.c. ſuper ſpecula.j.
eo. Jo.an.ꝯ de quo dicet̄ ibi ⁊ hoc vltimo puto
verius. ¶ Uenio nūc ad glo.quam in hoc vlti
mo reſeruaui. qꝛ ponit materiā omnino ſepara
tam a mā intrinſeca.c. Jnſtat enim pꝛincipaliter
an ꝑtextu boni futuri ſit malum ꝯmittendū ſeu
res ꝓhibita attētanda.videt̄ enim ꝙ nō per iſtū
tex. qꝛ pretextu bñ tractandi negocia eccleſiaſti
ca.vel curandi languentiū coꝛpoꝛa nō permittit
religioſis rē illicitam.ſ.leges ⁊ phyſicā audire.
Jn ꝯrium oppo. de aliquibus iuribus et tandē
ſoluit vt patet in ea ⁊ loquit̄ aliquantulum intri
cate. Jo.an.poſt Hoſti.clariꝰ diſtiguit ſic.ꝙ aut
malū quod ꝯpenſatur eſt malū ex lege diuina et
tunc nō admittitur ꝯpenſatio.aut ex lege cano
nica ⁊ tunc ꝯpenſari poteſt auc̄te pape cū poſſit
tollere malum qđ ꝯſtitutio induxit.facit qđ le.⁊
nō.in.c.ꝓpoſuit.de ꝯceſ.ꝑben.⁊ de voto.c.i.⁊.c.
magne.⁊.c.⁊ ſi xp̄s.de iureiu.cū ſi. ⁊ ſic poſſunt
ad ꝯcoꝛdiam reduci iura ſuperiꝰ allegl.tu potes
ſic diſtinguere latiꝰ ꝙ aut queritur nūqd debe
at admitti ꝯpenſatio in diuerſis perſonis aut in
eadē.pꝛimo caſu dic ꝙ non debet quis cōmittere
malum vt aliꝰ euitet maius malū.vel vt ꝯſequa
tur bonū ſpirituale vel coꝛpoꝛale qꝛ nō debet qs
impendere animam ſuam ꝯmodis alienis.ad h
vide glo.nō.xiiij.di.in ſūma.⁊.c.i.facit.c.ne quis
xxij.q.ij.⁊.c.ſuper eo.de vſuris.⁊.xiiij.q.v.mul
ti.ſine peccato niſi ſuperioꝛl auctoꝛitas ad h ha
bentis poteſtatē aliud indulgeat.facit.c.qđ pꝛe
deceſſoꝛ.xi.q.iij. ¶ 2° caſu ſ̄ꝫ diſtingue.aut q̄rit̄
nūqd poſſit ꝯmittē malū vt ipſe idē euitet maiꝰ
malū aut vt ꝯſequat̄ aliqđ bonū. ꝑ caſu dic ꝙ in
iure non eſt dare perplexitatem.ſ.vt qs ſit inter
duo mala ꝯſtitutus ita ꝙ alteꝝ euitare nō poſſit
de quo per glo.nō.xiij.di.in ſumma.ſed q̄ ad ſa
nam opi. ⁊ ſcrupuloſam cōſcientiā quis dicitur
perplexus.q̄ caſu ꝯſulitur vt ꝯmittat minus ma
lum vt euitet̄ maius.ſic intellige.c. duo mala.et

quod ibi nō.xiij.di.⁊.c.ſi qdem verius.xxxiij.q
.ij. 2° caſu nō licet pretextu boni ꝯmittere malū
vt h.⁊ in.d.c. multi.ſiue ſit maluꝫ de iure diuino
ſiue de iure poſitiuo niſi ſupioꝛis auctoꝛitas ad
hoc poteſtatē habentis excuſet.vt.c. gaudemꝰ.
⁊ quanto. de diuoꝛ. vt eſt videre omni die cum
ꝑ diſpenſatiōez receditur a iure poſitiuo ⁊ qñqꝫ
a diuino in caſu pmiſſo iux̄ nō.in.c.cū ad mona
ſteriū.de ſtatu regula.⁊ in.c.innotuit.de elec.ſꝫ
tunc virtute diſpenſationis illud ꝓhibitū nō eſt
malū.⁊ per hoc habes expeditā mām.c.

Sed nec Clericus gñalis ꝓ
curatoꝛ vel iuſtitia
rius pꝛincipis ſecularis deponendꝰ eſt
⁊ ſi religioſus eſt ꝗuius punictur ita cōiter ſum
matur.ſed ego intelligo tex.in pena excōicatio
nis ⁊ non depoſitionis.vt.j.dicā.diuidit̄.nam ꝑ
ponit ꝓhibitionem. 2° penam tranſgredientiū.
ibi ſi quis autem. ¶ Nota ꝑ ⁊ tene mēti ꝙ ſicut
clericus vel religioſus non poteſt eſſe ꝓcuratoꝛ
laici ita nec officialis ꝑncipis ſecularꝭ in iuſtitia
exercenda. Ex q̄ infero ſi nō poteſt eſſe officia
lis in iuſtitia exercenda foꝛtiꝰ non poterit aliud
officiū ſeculare obtinere.ar.in auc̄.multo magꝭ
.C.de epi.⁊ cle.⁊.c.cū in cunctis.de elec.⁊.xxiij.
.q.viij. repꝛehenſibile.nā ſummū bonum in re
bus eſt iuſtitiā colere.xij.q.ij. cū deuotiſſimam.
¶ Nō 2° ꝙ data paritate delicti grauius venit
puniendꝰ religioſus q̄ꝫ clericus ſecularis.debet
enim religioſus tanq̄ꝫ in ſtatu ꝑfectionis nō ſo
lum a vetitis ſed etiaꝫ a quibuſdam licitis abſti
nere ſm Jo.an.alle.xi.q.i.aliud.de pe.di.i.aliud
Aduerte h pꝛocedit vbi religioſus peccaret ex
contēptu vł contra votū ſeu publice cum alioꝝ
ſcandulo.alꝭ autem nō venit̄ grauiꝰ puniendus
nec grauiꝰ peccat pꝛopter bona opera ꝑcedē
tia. Juxta illud pſalmiſte. Si peccauerit iuſtus
nō collidetur qꝛ dominꝰ ſupponit manum ſuaꝫ
vide de h latius per Jo.an.poſt bea. Tho.in.c.
accuſatus.de hereti.li.vi.⁊ qđ dixi in.c.cum qui
dā.de iureiurl. ¶ Quero ꝑ nunquid iſte tex.ha
beat locū in omni ꝓcuratione. Jnno.videt̄ vel
le ꝙ nō. videtur enim intelligere in ꝓcuratione
gñali quaſi innuat ſm Jo.an.ꝙ bene poſſit cleri
cus tractare vnū negocium laici.allegl.de ſimo.
cū eſſent.nō bene h dictum quod pleniꝰ exami
naui.ſ̄.c.ij.⁊ dic vt ibi.tex.tñ in.d.c.cū eſſent. nō
ꝓbat ſimpliciter id ad qđ inducit̄.loquitur eni
qñ clericus vult ꝓmouere negocium laici apud
papā quod indubitanter pōt etiā ſi ſit ꝑlatus.vt
in.c.per venerabilē.iūcta ſupꝛaſcriptione.qui ſi.
ſint legi. ſed nos loquimur qñ aut ex̄ iudicium
vel in iudicio ſeculari vult ꝓmouere tanq̄ꝫ pro
curatoꝛ negociū laici ſed vide qđ dixi in.d.c.ij.
Sed q̄ro an in iuſtitia exercenda debemꝰ face
re hanc diſtinctionē vt vnum negociū poſſit cle
ricus expedire crederē ꝙ ſic.ad qđ alle. pꝛo ca
ſu.c.in archiepātu.de rapto.vbi clericꝰ vel pꝛela
tus pōt eſſe delegatus ꝑncipis ſecularis etiā in
cā criminali.⁊ tenent doc.j.eo.clericl.ſed gñalis

officialis eſſe nõ poteſt. ⁊ multum bene facit ille tex. iũcto iſto. ꝙ vnum negocium laici non videtur interdictũ clerico vt ſi valeat. ar. de mãdato iuriſdictionali ad mandatũ procuratoriũ. ar. eiꝰ quod habet̃ in. l. ⁊ quia. de iuriſdict. om. iudi. et in. c. penul. iũcto. c. ſuſcitata. cũ glo. ſ. de in inte. reſti. ⁊ nõ. hoc qꝛ Inno. nihil alle. pro dicto ſuo ⁊ vide de hac delegatiõe quod dixi in. c. ij. de iudi. ¶ Sed querit̃ cum gñaliter clericus ſecularis venit deponendus ex delictis de qbus h̃ in quo grauius punientur religioſi. Ho. põt dici ꝙ vltra depoſitionez poterunt detrudi in artioribus monaſterijs ad penitentiã peragẽdam. ar. c. tue. de pe. ⁊ vide de iſtĩ religioſis quod nõ. in c. dilectus. de ſimo. Mihi tñ videt̃ valde graue ſentire clericos fore deponendos ꝓpter tale exercitium iſtoꝝ officiorũ. maxime hodie cum non ita acerbe delicta debeant puniri. vt eſt tex optimus in. c. fraternitati. xxxiiij. di. vnde plus mihi placet vt iſti debeant excõicari ⁊ nõ deponi niſi eſſent forte incorrigibiles. ſatis enim ꝑ excõicationẽ fiunt alieni a miniſterio eccleſiaſtico. cũ illa durante adminiſtrare ſicut prius non valent. alš eſſent ſeu efficerent̃ irregulares. xi. q. iij ſi qs epš. de re iudi. c. i. li. vi. facit. xxiiij. q. iij. certũ licz Jo. an. in ſuo ſũmario videat̃ intellexiſſe de depoſitione. ſed id qð dixi plꝰ mihi placet maxime hodie. ⁊ facit. c. ij. ſ. eo. vbi ſolũ diſponitur ꝙ ſi in fraude capiunt̃ non debet eis ab eccleſia ſubueniri. probo etiã per. c. clericis. j. eo. vbi etiaz depoſitio imponit̃ in caſu irregularitatis ſed ꝓ exercitio officij ſecularis infligit̃ ſolum excõicatio. ⁊ h̃ puto veriſſimum. ¶ Ultimo quero nũquid iſte tex. habeat locũ in quolibet officio iuſtitie exercẽde. credo ꝙ ſic. qꝛ vba tex. ſunt multum gñalia ⁊ ratio gñaliſſima qꝛ nemo militans deo ⁊c̃. Ratio enim p̃cipue attẽdenda eſt. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de le. ij. ⁊ c. intelligẽtia. de v. ſig. quare dicerem ꝑ iſtum tex. ꝙ clericus non poſſet eſſe vicerex vel vicecomes vel locum tenens alicuꝰ principis ſecularis. nec habere ſub ſua cura aliquam ciuitatẽ ſeu locum temporalẽ. pro q̃ alle. tex. magis ſpecificũ in. c. clericis. §. i. j. eo. ti. videt̃ tñ ꝙ principis ꝯſiliarij eſſe nõ poſſunt etiã vt ſentit Jo. an. in. d. c. clericis. vbi dicã ⁊ intelligo tex. etiã in prelatis qꝛ tex. ⁊ ipſius ratio diſponit gñaliter. vnde Rica ne cleri. vł mo. ꝯprehendit etiam prelatos. ad h̃. c. ſuper ſpecula. in fi. j. eo. ſicut in ſimili Rica de vita ⁊ ho. cle. ꝯprehendit etiã prelatos vt patet in nigro. ⁊ dixi ſuper Rica nec rõ eſt reſtringenda.

# Clericis

Caſus. Clericꝰ iudicium ſanguinis exercens ab officio ⁊ beneficio deponitur. h. d. p̃mo. Excõicatus eſt habens officium ꝓpoſiti ſecularis ſi monitus nõ deſiſtat. ſunt duo dicta. 2ᵐ ibi iubemus. ¶ Nõ primo ibi honore priuet̃ ⁊ loco ꝙ incurrens irregularitatem nõ eſt priuatus ipſo iure dignitate ſua ſed debet priuari. tex. enim loquitur per verbũ futuri temporis vt patet ibi priuet̃. iuxta nõ. in regula ĩ penis. de reg. iur. li. vi. ⁊ in. c. ſi diligenti. vbi plene dixi. de fo. cõpe. ⁊ exponit tex. Jo. an. ibi honore. i. ordine. tex. autez ibi loco. exponit̃. i. beneficio. ſenſus ergo littere eſt ꝙ debet p̃uari officio ⁊ beneficio. ⁊ per conſequens deponi. ꝙ autem non ſit priuatus beneficio ſeu dignitate ipſo facto. videtur etiam ꝓbari in. c. ex litterĩ. de exceſ. prela. ſentit Inno. in. c. cũ noſtris. de conceſ. prebe. ⁊ h̃ tene menti. ¶ Nõ 2ᵒ. ar. optimũ ꝙ per ſolam mortẽ ſeu membroꝝ detruncationem qs incurrit irregularitatem. ſecus q̃ ſi aliam vindictam ſanguinis exerceat. ad idem. c. in archiepiſcopatu. in fi. de raptorĩ. quod autem dicit tex. in cle. ſi furioſus. de ho. de mutilatione debet exponi ꝓ detruncatione. vnde ſi debilitat̃ membꝝ non per hoc efficit̃ clericus irregularis. ar. i. q. i. ſicut vrgeri. ⁊ vide quod nõ. Gaſ. de calderi. in. c. i. q cleri. vel vouen. vbi tetigi. Quid autem proprie dicat̃ membrũ. vide per Bar. in. l. ij. ff. de publi. iudi. vbi ꝯcludit ꝙ membrũ proprie eſt illud qð habet certũ officium diſtinctum vt pes manus ⁊ ſi. pro quo ego allego tex. in. c. ſingula. lxxxix. di. ⁊ alibi hunc articulũ recolo latius explicaſſe. ideo hic vltra non procedam. ¶ 3ᵒ nota per hec verba precipio ſub interminatione anathematĩ ſeu ſub pena excõicationis quod idem eſt non fertur excõmunicatio ipſo facto in cõtrafacientes ſed eſt ꝯminatio. hoc colligit̃ qꝛ in fine poſtmodũ fulminat excõicationẽ monitione tamen precedente. de quo vide ho. glo. in. c. vno. de ſagit. ¶ Nota 4ᵒ. hic expreſſum ꝙ clericus non põt tenere vices principis in iuriſdictione ſeculari exercenda. licet non infligat penam mortis vel membroꝝ detruncationẽ. quod intellige qñ hoc vult facere tanq̃ꝫ officialis principis ſecularis. vt in. c. ſed neqꝫ. ſ. eo. vbi dixi. ſecus autez ſi iuriſdictio ſecularĩ eſſet dignitati ſue annexa. qꝛ tunc poteſt per ſe exercere dũmodo nõ inferat penã mortis vel mẽbroꝝ detruncationẽ. Et idẽ dic ſi ipſam iuriſdictionẽ habet noĩe proprio puta ratione patrimonij. ad h̃ vide ho. tex. in. c. fi. j. eo. ti. li. vi. quod videt̃ procedere in prelato religioſo. vt in. c. dilectꝰ. de offi. ordi. ⁊ in. c. auditis. de preſcrip. ⁊ in. c. inter dilectos. in p̃n. de fide inſtru. quod limita. vt nõ. in. c. recolentes. de ſtatu regula. ¶ Ultimo nõ iſtũ tex. in fi. pro his que dixi. ſ. c. proximo. ꝙ clericus nõ eſt deponendꝰ ex eo ſolo ꝙ eſt officialis p̃ncipis ſecularĩ ſed excõicatur. ſequitur tñ ꝙ peccat mortaliter qꝛ excõicatio nõ fertur niſi ꝓ mortali. vt in. c. nemo. ⁊ in. c. nullus. xi. q. iij. ¶ Quero qꝛ tex. loquit̃ de ꝯſtitutis in ſacris. quid de ꝯſtitutis in minoribꝰ Inno. dicit ꝙ idẽ. dicit tñ Hoſti. ꝙ his qui ſunt in ſacris magis imminet periculũ qꝛ nec contrahere poſſunt ⁊ ſunt irregulares. mihi placet ꝙ habeat locum in minoribꝰ prima pars. c. qꝛ per impoſitionem illaꝝ penaꝝ incurrit irregularitatem. qua ratione debet deponi ita cõſtitutus in minoribus ſicut in maioribus. vt le. ⁊ nõ. in. c. cũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non ab homine.de iudi. ⁊ ad iſtũ tex..dic ꝙ ver
bum ſacris ſumit̃ large.nam omnes ordines ec
cleſiaſtici ſunt ſacri.de q̃ vide bonam glo.xxxij.
di.in ſumma. ¶ Sed circa 2ᵃᵐ ptem.c.que fa
cit mentionẽ de ſacerdote dubitari poteſt magi
qualiter ſumit̃ illud verbum an ſtricte pro pre
ſbytero an large.Hoſti.exponit multum large
exponit enim tex.ibi ſacerdos factus vel fiendꝰ
vel.i.clericus.de coha.cle.c.ij. ⁊ cum hac expoſi
tione ſua tranſeunt hic cõiter doc. At puto ꝙ re
ſpectu clericoꝝ in minoribus cõſtitutorum qui
ſunt ſine aliquo bñficio non habet locum.ar.eo
rum que dixi in.c.i.ſ̃.eo. vbi hoc ſentire vident̃
doc.⁊ in.c.ij.de poſtu. dummodo nõ exerceant
ſeua.pro ħ etiam facit qꝛ verbum ſacerdos non
poteſt ad iſtas cõgrue adaptari.vt in.c.ij.de co
ha.cle.ſed arbitror tex.intelligendũ in conſtitut̃
in ſacr̄ qui largo modo poſſunt appellari ſacer
dotes.vt in.d.c.ij.⁊ quod ibi nõ. ⁊ licet hec cõſti
tutio videat̃ penalis ⁊ ſit reſtringenda. tñ habi
to reſpectu qꝛ excõicatio non infligitur ipſo fa
cto ſed requiritur precedens monitio. Item qꝛ
excõicatio eſt magis medicina q̃ꝫ pena. vt in.c.
cum medicinalis.de ſen.excl.li.vi.⁊ ꝙ hec cõſti
tutio tendit ad decorem eccleſie non debꝫ illud
verbum ſtricte ſumi.ar.eoꝝ que nõ.glo.in.c.ſci
ant cuncti.de elec.li.vi ¶ Quero quid ſi prela
ti ſunt in ꝯcilijs principum ⁊ querit̃ ab eis de pe
na imponẽda in delicto grauiſſimo pro quo for
te venit imponenda pena mortis vel membroꝝ
detruncatio queritur an aliquis veniat illa pena
puniendus. So.dicunt Hoſti.⁊ Jo.an.ꝙ ſi re
us eſt in cauſa abſolutionis poſſunt ꝯſulere illũ
abſoluendum.ſi autem in cauſa dãnationis nul
lo modo ꝯſulent.ex quo caſus imminet de pſen
ti niſi veniret imponenda pena corporalis leuis
ar.in.c.in archiepiſcopatu.de rapto. ſi autẽ non
imminet caſus de preſenti tunc bene poſſent de
iure reſpondere.ar.xxiij.q.vi.c.i. ⁊ idem nõ. in
.c.ex litteris.de exceſ.prela.vbi vide. ¶ Nõ ex
his ꝙ prelatus põt eſſe ꝯſiliarius pncipis ſecula
ris licet nõ debeat eſſe officialis iuſtitie exercen
de.quod mihi ſatꝭ placet.ar. eorum que dixi de
laicis in.ij.⁊ in.c.nouit.de iudici.vbi recurrebat̃
ad iudiciuꝫ eccleſie.⁊ melius in.c. per venerabi
lem.qui fi.ſunt legi.vbi.p arduis dubijs recurri
tur ad papam etiaꝫ per principes ſeculares.ſed
quatenus dicunt iſti predicti ꝙ in cauſa abſolu
tionis poſſunt cõſulere . Ego dicerem cauendũ
ne in cauſa abſolutiõis immineat pena talionis
contra actorem ⁊ ſic ſit cauſa mortis actoris.nã
irregularitas contrahit̃ etiam ex ꝯſilio. vt in.c.
ſi qs viduam.l.di.de quo tamen vide plene glo.
.li.di. in.c.i. vbi tractatur an aduocatus pro reo
incurrat irregularitatẽ ſi illo abſoluto punit̃ ac
cuſator pena talionis ¶ Vlterius queritur nũ
quid clericus poſſit cognoſcere de cauſa crimi
nali vice epiſcopi. Hoc ꝙ ſic.qꝛ non imponit̃ pe
na ſanguinis ſed detruſionis ſeu quid ſimile.de
pe.tue.idem dicunt ſi vult cognoſcere vice alicu
ius ſecularis dummodo a pena ſanguinis abſti
neat.de quo remittit Hoſti.ad nõ.in dcõ.c.i ar
chiepiſcopatu. Ego intelligerem quando eſſet
deputatus delegatus ad certam cauſam. ſecus
autẽ ſi vellet cognoſcere tanq̃ꝫ officialis vt hic.
vel ſi princeps vellet ſibi delegare vniuerſitateꝫ
cauſarũ ſecularium.nam credo ꝙ non ſit ſibi li
citum acceptare. qꝛ non debet ſe iſtꝭ actionibus
implicare.vt.ſ̃.c.proxi.⁊ ar.xi.q.i. te quidem.et
quod dixi in.c.ij.de iudi . Glo. eſt facilis ⁊ vera
preterq̃ꝫ in eo ꝙ querit quid debet facere prela
tus cũ habet iuriſdictionẽ tẽporalem. ⁊ reſpon
det ꝙ debet alicui facere ꝯmiſſiõem gñalem vt
faciat iuſtitiã. Tu dic ꝙ etiam põt ſpecialiter ca
ſum occurrentem delegare vt ingrat ⁊ iuſtitiam
faciat.nec icidit irregularitatẽ licet officialis ſuꝰ
vel alius cui cõmiſerit penã ſanguinis iuſtitiam
exequendo inflixerit vt ẽ hodie tex.in.c.fi.j.eo.
ti.li.vi.⁊ dic vt ibi.optabat tñ Hoſti.ꝙ aut cleri
cis ꝯcederet̃ per ſe iuſtitiã facere ſecularem vbi
talẽ iuriſdictionẽ habent ⁊ ſine metu irregulari
tatis.aut in totuꝫ tolleret̃ eis iuriſdictio tpalis .
cũ ꝯmiſſio huiuſmodi cauſaꝝ ſit ꝯ̃ iura.vt in.l.i.
.ff.de offi.eius cui man. ẽ iuriſ.nec dubiũ eſt ſm
eum quin papa poſſit in ħ prouidere vt ħ poſſit
fieri ſine pena irregularitatꝭ.iux̃ nõ.in.c ſicut di
gnũ.de homi. ¶ Nõ ħ vltimũ ⁊ tene mẽti.⁊ al
le.tibi in ſiñ aliud nõbile dictũ Jo.cal.in.c.pe.de
homi.vbi dicit papã poſſe dare licentiã clericis
inteſſendi in bello iuſto ſine metu irregularitatꝭ.
qꝛ hec irregularitas que ꝯ̃hitur ex actu in ſe lici
to ẽ a iure poſitiuo.ad ħ facit.c.is q.de ſen.excl.
li.vi.⁊ nõ. Jnno.in.c.ad audientiam.de homi.
Mihi tñ de honeſtate nõ placet motiuũ Hoſti
nõ enim ẽ honeſtũ vt clericus q eſt miniſter vni
tatis ⁊ mãſuetudinis debeat exercere vindictaꝫ
ſanguinis pſerti vbi venit imponẽda pena mor
tis.⁊ vide ad ħ quod nõ.in.c.nouit.de iudi .
Querit glo. fi. an ipſo iure excõicatio ferat̃ hic
poſt monitionẽ rñdet ꝙ ſic.per ħ verbũ ſubiace
at. ¶ Nõ hñ de ſignificato huius vbi ſubiaceat
ꝙ licet ſit futuri temporꝭ.nihilominꝰ pena impo
nit̃ ipſo facto.⁊ ħ approbat Pe.⁊ dicit.pbari p
.c.ſi qs ſuadente.xvij.q.iiij. vbi ponit̃ verbũ ſub
iaceat ⁊ tñ ab omnibꝰ intelligit̃ ꝙ ſit canon late
ſnie ⁊ vr̃ probari.j.de ſen.excl.per totũ.⁊ cum ħ
dicto tranſeunt cõiter doc.ħ.preter do. An.q di
xit ꝙ aut pena imponit̃ per vba futuri temporꝭ
relata ad iudicẽ.⁊ tũc pena imponit̃ ipſo iure vt
ħ.aut referunt̃ ad ptẽ ⁊ reqrit̃ ſnia. ad ħ qđ nõ.
in.c.ſi diligẽti.de fo.ꝯpe.⁊ in regula in penis. de
re.iurꝭ.li.vi.ſꝫ mihi ħ theorica nõ plꝫ.ꝓ qꝛ ħ vbũ
ſbiaceat nõ refert̃ ad iudicẽ imo eſt impſonale.
Itẽ qđ ſi dicat̃ excõicatõi ſupponat̃ vel ſuppo
nas.dicemus ꝙ ſit late ſnie.certe ħ ſentire abſur
dũ ẽ.iux̃ nõ.in.d.c.ſi diligenti.ꝓalle.vbi plene te
tigi mãꝫ.⁊ in.l.in crimiali.ff.de iuriſdic.om.iu.et
in.c.ij.de alie.iu.mu.⁊ in.c.qſqs.de elec. cũ ſi.vñ
aduerte tu latꝰ.⁊ ꝓ circa ſignificatũ huꝰ vbi ſb
iaceat.habes glo. ħ cũ qua trãſeũt cõiter doc.ꝙ

excõicationẽ ſeu penã ipſo facto īfligat. Idẽ vo
luit glo.fi.in.c.vnico.de iur.li.vi.in fi.⁊ facit qđ
nõ. Jo.an.i.c.lȝ.de cri.fal.ↄ̃riũ apte ſentit Inno.
in.c.cũ ⁊ plātare.de p̃uile.in fi.⁊ cũ eo ibi tranſit
Jo.an. ⁊ cõiter alij doc. ⁊ facit theorica illa cõi
ter ẽdita ꝙ vbi pena ĩponit̃ p v̄ba futuri tẽporis
ẽ per iudicẽ iferẽda. vt nõ. in iurib⁹ ꝑalle.ego.p
ↄcordātia dicerẽ ſic ꝙ qñ pena ĩponit̃ p v̄ba fu
turi tẽpoꝛ denõtia executionẽ act⁹ ⁊ pena itel
ligit̃ ipoſita ipſo facto. ⁊ in h̃ caſu intelligo iſtuȝ
tex.⁊.d.c.ſi qs ſuadẽte.cũ ſi.nã v̄bũ ſbiaceat nõ
vr̃ ex ſui ſignificato exigere miniſteriũ alicuius
cũ denotet executionẽ.ſiľr in.v̄.ſit. vñ ſi dr̃ ſit ex
cõicat⁹ itelligit̃ ipſo iure.vt nõ.glo.in.c.qcunqȝ
de hẽti.li.vi.⁊ ſentit glo.in.l.in crimiali.C.de iu
riſ.om.iu.de quo vide qđ dixi in.c.ij.de fo.ↄpe.
vbi glo.vr̃ in ↄ̃riũ.aut pena imponit̃ p v̄ba futu
ri tẽporis denõtia act⁹ exercitiũ ſeu facti mini
ſteriũ.⁊ tũc pena venit imponẽda p ſniaȝ iudic
⁊ h̃ caſu ꝓcedit theorica cõis circa quã vide qđ
plene dixi in.c.ſi diligẽti.de fo.ↄpe. ¶ Abbas.

SEcundũ Breue ẽ tria di
cta ↄtinẽs.⁊ po
teſt ſic ſũmari. Nõ licet cleric vel mo
nachis lucri cã negociari hoc.p̃ . Monachi ne
queũt noĩe ꝓprio cõductas poſſeſſiões habere.
h̃ 2ᵒ. Laicis nõ debet eccľia titulo ↄductiõis cõ
cedi.h̃ 3ᵒ. ⁊ ptes patent. ¶ Et q̄ro circa pᵃᵐ par
tẽ q̄re dicit ꝙ nõ licet clericis negociari lucri cã.
Go.dic ꝙ negociatio q̃ nõ fit lucri cã non ẽ eis
ꝓhibita.poſſunt enĩ vẽdere ⁊ emẽ vt eoꝝ neceſ
ſitas exigit nõ tñ p̃ncipaliter ꝓpter lucꝝ.ad hoc
cle.p̃ſenti.de cẽſi.⁊.c.q̃ȝq̃ȝ.eo.ti.li.vi. ꝓprie tñ et
ſtricte qs dicat̃ negociatoꝛ.vide bo.tex.in.c.ei
ciẽs.⁊.c.qñ nõ cognoui lxxxviij.di.⁊ p Bar.in
ꝓhemio.ffoꝝ.⁊ in.l.ſeruis legat.ff.de le.iij.qu
ĩmo dicit h̃ Inno.ꝙ etiã lucꝝ non ẽ clericis ꝓhi
bitũ.qñ prouenit ex opera ſeu reb⁹ eoꝝ.ar.ẽ.c.i
intelligo h̃ dictũ qñ clericus operat̃ ꝓpter lucꝝ
ſuadẽte neceſſitate.al's autẽ nõ debet cleric⁹ vel
monach⁹ taliter negociari.h̃ videt̃ ꝓbare tex.ſi
recte põderet̃ in.d.c.i.⁊ ibi tetigi.facit.c.fornica
ri.lxxxviij.di.⁊ ſic in cã neceſſitatis itelligo glo.
.xiiij.q.iiij.in ſũma. ¶ 2. circa 2ᵃᵐ ptem q̄ro q̄re
tex.in pᵃ parte fecit mẽtionẽ de clericis ⁊ mona
chis.⁊ in 2ᵃ ſolum ſubiecit de monachis cũ ↄdu
ctio alienaꝝ reꝝ ſit ꝓhibita etiã cleric.vt in .c.p
uenit.lxxxvi.di. Go.dicit Hoſti.⁊ bñ ꝙ ideo de
clericis ſecularib⁹ nõ repetijt qꝛ illi poſſunt ſuo
noĩe neceſſitate inſtãte res cõductas habere.vt
in.d.c.ꝑuenit.monachis aũt nullo mõ h̃ licet no
mine ꝓprio ⁊ h̃ caſu loquit̃ iſte tex. Diuerſitat
rõ eſt.qꝛ clerici ſeculares pñt habere ꝓpriũ.mo
nachi autẽ nihil ſibi approp̃are pñt.de teſta.c.re
q̄ſiti.§.fi.⁊.xij.q.i.c.nolo.et.c.nõ dicat.⁊ de elec.
ſi religioſus.li.vi.cum ſi.noĩe autem monaſterij
poſſunt ꝓ eoꝝ neceſſitatib⁹ habere ſicut clerici.
vt in glo.⁊ ꝓbat̃ in.c.dilecti.de deci.cũ ſi. ¶ Cir
ca 3ᵃᵐ ptem q̄ro qꝛ hic ꝓhibet̃ laicis habere ec
cleſiã ad firmã.i.ↄductã.et ẽ vulgare loci.qđ in
clericis ſecularib⁹. Itẽ an in laicis ꝓcedat h̃ ꝓho
hibitio indiſtincte . Go.pro h̃ alle.tibi tex.nõ.in
.c.querelã.ne p̃ela.vi.ſu .⁊ ibi habes de h̃ bonã
glo.ex q̃ collige ꝙ oẽs obuentiões eccleſie poſ
ſunt clerico locari. et largo mõ dicit̃ locari ipſa
eccľia. vt ibi.laico autẽ nõ poteſt huiuſmodi lo
catio fieri rõe ſpiritualiũ obuentionũ ne eccleſia
ſbijciat̃ regimini ſeu diſpoſitõi laicoꝝ vt hic.qđ
tene mẽti.facit.c.in noua.⁊ qđ ibi nõ.xvi.q.vij.⁊
quod nõ. Innocent.in.c.ij.de iudi.⁊.lxxxix.di.
iudicatũ.vbi bo.tex.cũ glo.inſtãte tñ magna ne
ceſſitate poſſet fieri talis vel ſilis ↄceſſio laico
nõ tñ vt ipſe regat eccľiaȝ. ſed vt p aliũ eã faciat
gubernari.⁊ firmat Jo.an.in.c.ex rõe.de eta.et
q̃li.vbi vide p eum.vñ puto ꝙ clerico põt locari
eccľia.ſ. vt ipſe habeat curã regiminis eccľie eaȝ
officiãdo.⁊ de ꝓuentib⁹ rñdeat in certa quanti
tate rectoꝛi.⁊ ſic intelligo illud.c. querelã. ex cã
enim h̃ fieri põt.ar.c.cũ ex eo.de elec.li.vi.⁊.c.p
uenit.de appel. cũ ſi.laico autẽ non põt taliter ec
cleſia ↄcedi niſi ſtante magna neceſſitate modo
p̃dicto.ar.in.d.c.ex rõne. ⁊ hic.tp̃alia vero be
ne poſſunt laico locari ⁊ etiã fructus decimaꝝ.
vt in.c.veſtra.de loca.facit quod nõ.glo. in.d.c.
iudicatũ.⁊ cle.i.de rebus eccle.non alie. Sed red
ditus ſpirituales ꝓuenientes infra eccleſiam.vt
oblationes ⁊ ſimilia.nõ credo poſſe laicis ↄcedi
ne videant̃ habere adminiſtrationẽ eccleſie.⁊ h̃
caſu intelligo iſtuȝ tex. facit.d.c.in noua.⁊ vide
omnino qđ poſt Hoſti.nõ. Jo.an.in.d.c.ex rõe.
vbi firmat ꝙ ſi eccľia ſit oneribus aggrauata ita
ꝙ nõ poteſt releuari niſi per laicum ꝙ poterit di
ſpẽſatiõe epiſcopi laico ad tempus concedi vt
ipſius curam habeat modo p̃dicto.qđ tene mẽ
ti.alle.in ar.d.c.veſtra.de loca. Abbas.

RElatum Caſus. Mona
chi incorrigibi
les de monaſterio expellunt̃. ⁊ refoꝛ
mabitur monaſterium de fratribus alterius oꝛ
dinis ſi de monachis eiuſdem oꝛdinis refoꝛma
ri non poteſt.hoc dicit.p̃ exceſſus.2ᵒ.corrigi mã
dat.ibi ideoqȝ. ¶ Nota ꝙ aggrauatur peccatũ
alicuius maxime religioſi vel clerici.in eo ꝙ de
linquendo alium corrumpit. exemplum de vo
to.c.magne.⁊ vide bonũ tex.in.c.p̃cipue.xi.q.
.iij.vbi dicitur ſcire p̃lati debent ꝙ ſi peruerſa
nunqȝ perpetrant tot mortibus digni ſunt quot
ad ſuos ſubditos perditiõis exempla tranſmit
tũt.⁊ vide quod nõ.in.c.de homine.de cele.miſ.
¶ Nota 2ᵒ. ꝙ regulares poſſunt ad obſeruan
tiam regule cõpelli etiam per epiſcopum vt hic
p̃mo enim debent per eorum abbateȝ compel
li.vt in.c.iij.de appellat. ⁊.c. quanto. de offi.oꝛ.
ſed ſi ipſe negligit vel pariter viuit diſſolut⁹ ſuc
cedit in correctiõe epiſcopus. vt in.d.c. quanto.
⁊ hic.⁊ in.c.abbates.⁊.c.monaſteria.xviij.q.ij.
Nota 3ᵒ. ꝙ ſi religioſi omnino reſiſtunt viuere
regulariter pñt de monaſterio expelli.hodie tñ
circa expulſionẽ vt euitet̃ vagatiõis periculũ ar
bitroꝛ debere obſuari quod hr̃ in.c.fi. de regu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Nõ vnũ caſũ in quo licite põt alterari ſtat⁹
eccľie. nã ſi nõ põt reformari de monachis eiuſ
dem ordinis põt reformari de monachis alteri⁹
ordis vt hic. Ex quo collige ar. ꝙ ceſſante cã nõ
põt eps alterare ſtatũ eccľie religioſoꝝ. dixi de
reli. qꝛ ſec⁹ in ſecularib⁹. Nã ʒ fauore religionis
põt eps eccľiaʒ ſecularẽ trãſformare in regľareʒ
vt i. c. aplice. ð dona. ꝛ in. c. bone rei. xij. q. ij. vi.
de p gl. in. c. ad audientiã. de ec. edi. ¶ Quero
qd ſi nõ repiaṫ regulares etiã alteri⁹ ordinis p
quos poſſit mõaſteriũ reformari. Sol. dic̃ Jo.
an. ꝙ tũc poterũt iſtitui clerici ſeculares. p. c. re
latũ. de reli. do. vbi ꝓbaṫ. Dic ergo ꝙ p̃ debent
induci mõachi monaſterij ad obſeruantiã. vt ħ
ꝛ ſint incorrigibiles dʒ reformari de monachis
eiuſdẽ ordis ſi hr̃i poſſũt. vt hic. ꝛ in defectũ de
bent aſſumi de alio ordie. oibus aũt deficiẽtib⁹
recurrendũ eſt ad clericos ſeculares. vt in. d. c.
iter quatuor. ꝛ ſic eſt caſus in quo põt eps eccli
am regľarẽ reducẽ ad ſtatũ ſecularẽ. ¶ Scđo
q̃ro an regľa religioſoꝝ ſit i p̃cepto. vr̃ ꝙ ſic ar.
h⁹. c. cũ religioſi ꝯpellũṫ ad ei⁹ obſeruantiã. vt
in. c. iij. ð app. Jo. an. p⁹ Hoſt. dic̃ hoc idiſtincte
ꝓcedere quo ad tria ſbſtãtialia. de qbus in. c.
cũ ad mõaſteriũ. de ſta. reg. alia vͦ nõ putat ſb
p̃cepto alˢ vix vn⁹ ð mulť ſaluareṫ. ꝛ p hoc ſm
eũ ꝯmendaṫ regľa p̃dicatoꝝ. p quã tranſgreſſo
res ꝯſtitutõnũ ad penã obligãṫ nõ aũt ad mor
tale niſi in his q̃ in ſe ſũt mortalia. de ſrib⁹ antẽ
minorib⁹ remittit ad ea q̃ habẽṫ ð v. ſig. i cle. ex
iui. §. cũ igiṫ. ꝛ ſe. ꝛ ſic trãſeũt doc. ſequẽtes. ſʒ tu
vide lati⁹ hãc materiã. p beatũ Tho. 2ᵃ 2ᵉ. q.
clxxxvi. ar. ix. cuius dicta retulit in pte Archi.
xxvij. q. i. c. i. ꝛ Jo. cal. in. c. i. de ꝯſti. dixi in. c. nã
ꝯcupiſcentiã. eo. ti. vbi vide. Et ꝯclude hic ꝙ ſi
religioſus venit ꝯ̃ tria ſbalia religionis. ſ. caſti
tatẽ. paupt̃atẽ. ꝛ obediẽtiã, peccat mortalr̃ qꝛ ꝓ
feſſio ſeu votũ vſaṫ p̃ncipalr̃ circa iſta. trãſgreſſio
aũt maxie circa p̃dicta iducit mortale. vt ꝓbaṫ
in. d. c. i. xvij. q. i. Idẽ ſi religioſus peccat ꝯ̃ alia
ꝯtẽta in regľa ex ꝯtẽptu. ad ħ faẽ qð nõ. gl. x. diſ.
qs. ꝛ p collec. in. c. i. de ꝯſti. ꝛ qð dixi in. c. i. de vi.
ꝛ ho. cle. nã peccatũ ꝯtẽpt⁹ ẽ g̃uiſſimũ preſertim
in religioſo. ad hoc vide qð nõ. Jo. an. in. c. ac
cuſat⁹. de here. li. vi. Aut nõ peccat ex ꝯtẽptu. ꝛ
tũc. aut regľa loqtur p v̓ba p̃ceptiua vel eqpollẽ
tia. aut p v̓ba exhortatiua. aut p v̓ba cõia. p̃ caſũ
iducit mortale. qꝛ venit ꝯ̃ votũ cũ veniat ꝯ̃ obe
dientiaʒ. q̃ ẽ de trib⁹ ſobſtãtialib⁹ regľe. ſic̃ eni
peccaret mortalr̃ veniẽdo ꝯ̃ p̃ceptum ſupioris
vt in. c. ij. de ma. ꝛ obe. ꝛ. xiiij. q. i. qð p̃cipiṫ. ita ꝛ
ſi venit ꝯ̃ p̃ceptũ regule. ꝛ idẽ ſi regula loquitur
p v̓ba eqpollẽtia p̃cepť. puta p v̓ba expſſe ꝓhi
bitia. nã expſſa ꝓhibitio eqpatur p̃cepto. vt no
tat Archi. lvi. diſ. in ſũma. Quid aũt ſi diſponit
p verba. impatiui mõi. an talia verba eqpolleãt
p̃cepto. vide tex. nõ. in cle. exiui. ſ. palle. in. §. iteʒ
qꝛ. vbi ꝯcludiṫ ꝙ ſm ſbiectã mãʒ põt hoc depre
hẽdi. q̃ſi in ponderoſis videãṫ hr̃e vim p̃cepti
alˢ ſecus. ꝛ hoc põt colligi ex circũſtantijs.

2⁹ caſũ cũ regľa loqṫ p verba exhortatia nõ obli
gãt ad peccatũ. iiij. diſ. §. hec etſi legibus. faẽ qð
nõ. in. c. i. ð vi. ꝛ ho. cle. 3⁹ caſũ cũ diſpõit p v̓ba
cõia vt p verbũ ꝯſtituim⁹. vł ſilia verba. ꝛ tunc
exq̃ ẽ ſtatutũ nouũ nõ obligat regľariṫ ad mor
tale. ſm Tho. ꝛ alios. qꝛ votũ ſeu ꝓmiſſio verſa
tur p̃ncipaliṫ circa iſta tria ſbſtãtialia ſup qb⁹ eſ
ſentialr̃ ẽ fũdata vita regľarꝫ. alia aũt in regľa cõ
tẽta veniũt acceſſorie ad illa tria. ꝛ idẽ dic i trãſ
grediẽte legẽ pape vel alteri⁹ ſupioris q̃ diſpo
nit modo p̃dicto. nã vt dic̃ beat⁹ Tho. ſic̃ eni
nõ ois trãſgreſſio legis iducit penã morť tpalis
ita nec penã morť eterne quã iducẽt ſi peccarʒ
mortalr̃. qꝛ qðlibʒ peccatũ mortale eſt dignum
morte eterna. xxv. diſ. vnũ oratoriũ. durũ. n. eẽt
dicẽ ſm beatũ Tho. ꝙ trãſgreſſio cuiuſlibʒ arti
culi regule obligaret ad mortale. cũ eni ſtat⁹ re
ligioſoꝝ eqpetur portui trãquillo. vita vͦ ſecu
lariũ mari fluctuãti. ꝓ quo faẽ tex. Hiero. cũ gl.
xvij. q. ij. nos nouim⁹. Nã ſi dicerem⁹ ꝯ̃riuʒ vi
ta religioſoꝝ eẽt longe piculoſior q̃ʒ vita ſecula
riũ. cũ ꝓpter multitudinẽ ſtatutoꝝ cõtentoꝝ in
regula ſepe iciderẽt in mortale. peccãt ergo hoc
caſu venialiter tantũ. Aduertendum tamen ꝙ
non deducaṫ in conſuetudinem. quia nullum
peccatũ eſt adeo veniale quod nõ fiat mortale
dum placet. xxv. diſ. §. criminis frequẽtia. tamẽ
nõ opaṫ ꝯtẽptum. ſed diſpoſitiue inducit contẽ
ptum ſm beatũ Tho. Predicta tamen limita
ſm nõ. p Archi. in. c. vtinã. lxxvi. diſ. vbi dicit ꝙ
quãdo aliqd diſponiṫ in fineʒ alteri⁹ ſi illud in
cui⁹ finẽ ſit ſtatutũ nõ violaṫ. nõ peccat quiſ ꝯtra
ueniẽdo ſubſiſtẽte aliq̃ cã legitia. Iteʒ limita p̃
dicta vbi ꝯſuetudo mõaſterij p ſupiorẽ tolera
ta longiſſimis tpib⁹ excuſat ꝯ̃uenientẽ. in his q̃
nõ ſũt de ſbalib⁹. ſup q̃ vide qð dixi i. c. cum ad
mõaſteriũ. p̃al. ꝛ. c. de⁹ q. de vi. ꝛ ho. cle. gl. ſunt
faciles. ¶ Nõ tñ vnũ vnũ dictũ ex gl. ij. ꝙ religi
oſiſ nõ põt idici artior regľa q̃ʒ vt ſit nã. itelligo
de epõ. ꝛ ita in v̓itate loquiṫ ſi põdereṫ p̃ncipiũ
ſecus dic de papa. vt in. c. i. ꝛ ibi gl. de ſta. regu.
li. vi. ꝛ vide ho. gl. in regľa qð oẽs tãgit. ð re. iu.
li. vi. q̃ ꝓſeqṫ tã in regľarib⁹ q̃ʒ in ſcľarib⁹. ꝛ in.
c. geſta. lxxiiij. diſ. plene dixi de vtriſqʒ in. c. iij. ð
app. dic vt ibi. in eo aũt ꝙ gl. hic poſtea colligit
ꝙ vniuerſitas põt delinquẽ. dic vt plene nõ. in
c. dilect⁹. de ſimo. vbi dixi. ꝛ p Bar. in. l. aut fca
ff. de pe. vbi plene ꝓſeqtur. Abb.

Ecut te. Breue ẽ. ſʒ p alia v̓
ba põt ſic ſummari.
Clerici i ſacris ſũt ꝯpellẽdi p bñficioꝝ
ſbtractionẽ vt deſiſtãt a tabellionatus exercitio
¶ Nõ ex iſto tex ſingľariṫ ꝙ tabellio effectus
cleric⁹ nõ pdit ipo facto tabellionat⁹ officiũ. ſi
eni eis iterdici dʒ officiũ g̃ illud nõ pdiderunt.
alˢ fruſtra fieret eis iterdictio. ar. l. decem. ff. de
v̓. obli. ꝛ. c. ad diſſoluendã. de deſpõ. ipu. ꝛ ideʒ
vr̃ in tabellionib⁹ effecť religioſ. vt p religionẽ
nõ pdiderit officiũ. ſʒ exercẽ nõ debẽt de nouo
niſi in cã hereṫ de quo eſt tex. nõ. in. c. vt officiũ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

§.ad ꝯſcribēdas.de here.li.vi. Simile in tabellio
nibuſ effectis decurionib⁹ vł aduocatꝭ.q ꝑ ſup
ueniētiā dignitatꝭ nō ꝑdūt officiū.ſʒ illud exer
cē nō debēt.de q̄ vide tex.iūcta glo.in.l.vniuer
ſos decuriones. C.de decur.li.x. Et ꝑ hoc infer
tur ad ſe.q.an cleric⁹ effectus tabellio ꝑdat eo
ipo clericat⁹ ꝓuilegiū vł bñficiū. Uin.hic dicit
ꝙ ſi cleric⁹ in minoribus ſuſcipit tabellionatum
cedit clericatui ꝛ bñficijs.ac ſi ꝯheret matrimo
niū.de cle.ꝯiuga.c.i.ꝛ.c.diuerſis. Jo.an.dicit ꝙ
iſtud nō recipeꝛ hodie niſi ꝑ aliquas circūſtan
tias iuſtificareꝛ hoc dictū puta q꞉ officiū ſuſci-
pit a rege vel a ꝑncipe.q quos faciūt notarios ad
publica ꝛ crimialia officia deputat. h dcm Jo.
an.pl⁹ mihi plʒ q̄ʒ dictū Uin. ad h iduco iſtum
tex.ſicꝰ.n. ꝑ ſupueniētiā clericat⁹ nō ꝑdit tabel
lionat⁹ ſaltē in hītu.vt hic.ꝛ.d.c.vt officiū.ita ꝑ
ſupuēientiā tabellionat⁹ nō dʒ ꝑdi clericat⁹ vel
bñficiū.pʒ eni q꞉ iſta nō ſūt incōpatibilia ſaltem
in hītu vt hic.ğ nō dʒ ꝑdi clericat⁹ ꝓuilegiū cū
nō exerceat actū omio ꝯriūm clericatui.ad hoc
iduco nō.theozicā Inn.in.c.i.de apoſta.vbi di
cit ꝙ tūc ꝑdit cleric⁹ ipō facto ꝓuilegiū clerica
t⁹ cū ſūpſit aliqd penit⁹ ꝯriū ordini.vt ſi accepe
rat ſcdaʒ vxorē vł corruptā.vł fecit ſe militem ꝛ
ſena exercuit.lxxxiiij.diſ.quiſqs. ſi vero nō fec
actū penit⁹ ꝯriū clericatui.vt q꞉ fact⁹ ē miles ſʒ
ſena nō exercuit pōt viuē clericalꝛ ꝛ clericalib⁹
ꝓuilegijs gaudē.xxxij.diſ.feriati.ſi aūt vult vi-
uere ſecularꝛ negociādo tabernā tenēdo vel tō
ſurā dimittēdo.tūc requirꝛ monitio ad hoc vt
ꝑdat ꝓuilegiū.vt in cle.i.de vi.ꝛ ho.cle.ꝛ in.c.cō
tigit.ꝛ.c.ad audientiā. de ſen.ex.cū ſi. ita dicen
dū in ꝓpoſito. ad idē adduco.c.i.de poſtu.ꝛ.c.
fi.eo.ti.vbi cleric⁹ in mioꝛib⁹ nō ꝑdit clericatum
ſuſcipiēdo aduocatōis vel ꝓcuratōis officium
ꝛ tñ officiū ꝓcuratōis nō eſt min⁹ vile q̄ʒ offici
um tabellionat⁹.imo magis cū īfamis poſſit eē
ꝓcuratoꝛ ſaltē de iure ciuili.inſti.de excep.in fi.
ſʒ.tabellio indiſticte eē nō pōt.iux̄ nō ꝑ Bar.in
.l.iij.ff.ad.l.inſ.repe. Itē vtrūqʒ officiū ꝓiꝛ ꝓhi
beꝛ decurionib⁹.vt.l.vniuerſos. ꝛ.l.ſi qs ꝓcu-
rōeʒ.C.de decur.li.x. Cōcludo ğ ꝙ clericat⁹ vł
bñficiū nō ꝑdiꝛ ipo facto ꝑ ſupueniētiā tabelli
onat⁹.ſic nec ecōtra. ꝛ vide aliud ſile ex nō.per
doc.in.c.i.de cle.ꝯiu. vbi volūt ꝙ ꝑ ſupuēientiā
ſeu ꝯtractionē ſpōſalioꝝ de futuro nō ꝑdiꝛ bñficiū
lʒ ſec⁹ ꝑ ꝯtrctū matrimōij. Nūc venio ad glo.
ꝛ ꝓ quero que fuit rō ꝙ clericis ihibeꝛ hoc offi-
ciū tabellionat⁹ cū in ſe ſit laudabile.dūmodo
abſtineāt a ſeuis. Sol.glo.reddit duas rati
ones.ꝓmo quia clerici h idiſticte exercebāt tā
in iudicijs ciuilibus q̄ʒ criminalib⁹. ꝛ ſic erat ti
moꝛ irregularitatꝭ.j.co.ſententiā. Alia ſolu.que
pl⁹ plʒ gl. ē ꝙ h offiᵐ ē exͣneū ab officio clericoꝝ
cum ſit quoddam gen⁹ negociatōis q̄ʒtūcunqʒ
clericus abſtineat in criminalibus. Nō hanc
rōneʒ q̄ videꝛ in ſe ſatis bona. Hoſti.n.adducit
pſes rōnes nō neceſſario ꝯcludētes. ꝛ aliq̄ ꝯclu
dūt idifferēꝛ q̄ ad oēs clericos ꝛ laicos.iō nō cu
ro recitare. Sed ego addo duas alias rōnes q̄
ſumi poſſūt ex.d.l.vniuerſos.ꝓma q꞉ h officiū
ē vile cū tabellio dicaꝛ ſeruus public⁹.vt in.c.ij.
de vſurꝭ.li.vi. ꝛ.ff.de adop.l.nō.n.ꝛ ob h ꝓhibe
tur ēt decurionib⁹.vt ibi forti⁹ dʒ ob hanc cām
ꝓhiberi militib⁹ dei. Scda rō q꞉ hoc ē offi
ciū ſeculare.hic dꝛ ſeru⁹ publicus a ſeruiēdo oī
bus ſʒ ab iſtis officijs dʒ clericus abſtinē.vt in
c.i.ş.e.dʒ.n.intendē circa rēpublicā eccliaſticaʒ
ꝛ ſpūalē et nō mundanā.xxiij.q.viij.repꝛehēſi-
bile.ꝛ.c.ꝯueniox.dixi.ş.eo.c.i. Scdo gl.que
rit.nūqd cleric⁹ poſſit exercē h officiū in cauſis
eccliaſticis ꝛ ſpūalib⁹ corā iudice eccliaſtico.ꝓ
dicit ꝙ nō.q꞉ idiſticte ꝓhibeꝛ hoc officiū clericꝭ.
Ultimo opp.de.c.qm̄ cōtra.de ꝓba. ꝛ de.c.
multoꝛuʒ.xvij.q.ij.ꝛ nō ſoluit. ꝛ huic cōtrario
ſtāt Jo.an.ꝛ Phi.ꝛ idem Hoſt.q dixit ꝙ cleri
ci poſſūt eſſe notarij pape.v.q.i.c.qdā.ꝛ eꝑoꝛuʒ
ꝛ archieꝑoꝝ.ꝑ iura palle.ꝛ.j.de ſimo.c.i. ſʒ iter
laicos nō debēt ſcribē cum ab eis conuerſatio
ipoꝛuʒ debet eſſe ſegregata.ij.q.vij.laicos.imo
nō debēt rogari teſtes in iſtrumētꝭ ſeculariuʒ ne
gocioꝝ.ſi ſūt ꝓſbri.xiiij.q.ij. quāq̄ʒ. ꝛ cū hoc di
cto trāſit h Jo.an.ꝛ do.An. ſʒ do.Car.teneꝛ ꝯ
riū ꝑ.c.vt officiū.§.ad ꝯſcribēdas.ꝓalꝛ.qui tex.
optime facit.vbi in cauſa hereſis q̄ exerceꝛ ſolū
corā iudice eccliaſtico ꝛ ꝑmittitur ēt religioſꝛ in
hac cā exercere h officiū vt ibi daꝛ ptās clericis
ſecularib⁹ libē exercēdi hoc officium nō obſtā
te quocūqʒ ſtatuto. ergo in alijs cauſis etiaʒ ec
cleſiaſticis nō eſt eis licitum exercē hoc officiū
ꝛ h dictū vꝛ placere Uin.ꝛ rñdet ad.c.multoꝝ
ꝙ ibi ponꝛ notari⁹ ꝓ ſcriptoꝛe.ſimile in.l.fi. C.
coia de le.vbi ſeru⁹ appellaꝛ notari⁹.ad idem.c
monach⁹.lxxij.diſ.vbi exponꝛ notari⁹.i.lectoꝛ
a lr̄is ſeu notis legēdis. Ego diſtiguerem ſic ꝙ
aut corā papa ſeu eius curia hoc officium exer
cēt.ꝛ eſt admittendū maxime ſi a papa hūerūt
h officiū.nam papa admittēdo vel eis illud offi
ciū tribuēdo videꝛ eos habilitare.ar.in.l.idem
vulpian⁹.ff.de excu.tu. Aut querꝛ nūquid
in alia curia poſſūt exercē vel ex̄ iudiciū in ſpūa
libus ſeu eccliaſticis.ꝛ tūc aut habēt ꝯpetentia
bñficia.ꝛ dicerē ꝙ nō cū indiſticte ꝓhibeaꝛ hic
Item quia vt dicit glo.eſt quoddā gen⁹ nego
ciatōnis quod ꝓhibeꝛ clericis.ş.c.i. aut idigēt
ꝛ arbitroꝛ eos admittēdos ar.in dicto.c.i.ş.e.
ꝛ eoꝝ que nō.glo.xiiij.q.iiij.canonuʒ. ꝛ ſic poſ
ſunt iura diuerſa ad cōcordiā reduci. Extra
glo.q̄ro quid ſi cleric⁹ nō eſt in ſacris.an poſſit
hoc officiū exercē. Jo.an.h in ꝓncipio videꝛ vel
le ꝙ ſic ꝑ tex.qui facit mētionē de ꝯſtitutꝭ in ſa-
cris. Do.An.videꝛ velle hoc verū niſi habeat
bñficiū nō tñ vꝛ ponderaſſe dictū Jo.an.ꝛ ꝓ-
fecto tex.iſte vꝛ mihi in ꝯriūm. naʒ ꝓhibet cle
ricis in ſacris ſub ꝓuatione bñficioꝝ ğ nō ꝓce
dit in minoꝛib⁹ quantūcunqʒ ſint bñficiati tñ
pōt dici ꝙ hic accipiūꝛ ſacri ordines largeꝓro
oibus ordinibus qui idubitanꝛ ſūt ſacri .vt nō.
xxxij.diſ.in ſūma.nam cum h officiū ſit ſeclare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ vile vt.ſ.dixi.ergo debet eſſe interdictū oīb⁹
clericis ſaltē beneficiatis.ad idem.c.i.de poſtu
vbi bñficiatis in minorib⁹ ꝓhibeť officium po
ſtulādi.ergo fortius hoc officiū tabellionat⁹.cū
ſit viliſſimū.vt nō.gl.in.d.l.vniuerſos. Item h
officiū eſt quoddā gen⁹ negociatōis.vt in glo
ergo dꝫ eē ꝓhibitū bñficiatis.ſ.c.i.cū ſi.cū bñfi
ciū dať ꝓpter officiū.de reſcrip.c.fi.li.vi.ergo
dꝫ vacare officijs eccliaſticis. fac.xvi.q.i.gene
raliť.⁊ h plꝫ.ſꝫ vbi beneficiū nō ſufficeret poſſet
h exercē.ar.xci.diſ.cleric⁹ victū.nā taľ nō pōt di
ci bñficiat⁹.ar.c.ij.de cōſ.p.⁊ h vltimuꝫ videť h
tenē Hoſti. ¶ Quero qd ſi cleric⁹ in ſacris non
hꝫ bñficium. Sol.dič Hoſti.ꝙ pōt h officio vti
īmo pl⁹ dicit Jo.an.ꝙ h officiū nō ꝓhibeť pciſe
clericꝭ ſꝫ cāute.ſ.ꝑ ſbtractōneꝫ bñficij.ſiľe ō eta.
⁊ qli.qris.⁊ ꝑ h pꝫ ꝙ nō pōt clerico in ſacris idi
ſtincte ꝓhiberi hoc officiū ſꝫ cāute.ſi vult tene
re bñficiuꝫ.mihi pl⁹ placet pmū vt poſſit vti hoc
officio ſi nō hꝫ bñficiū cū poſſit tūc exercē nego
ciatōeꝫ honeſtā.ſ.c.i.vbi dixi. ⁊ ar.dic a ꝯrio ſē
ſu.ſꝫ ſcōꝫ dcm mihi nō plꝫ.ſ.vt detur clerico op
tio dimittēdi beneficiū vel tabellionatū exquo
enim nō hꝫ vnde viuat dꝫ poſſe pciſe ꝯpelli ad
viuendū clericaliter exquo eſt in ſacris.ar.d.c.i.
⁊.c.clericis.ſ.e.ad tex.iſtū rñdeo ꝙ h fuit dictū
in penā illoꝝ.qꝛ nō videbať viſiſſe ꝙ plus appete
rēt tabellionatū qꝫ bñficium ſaltē ſufficiens vñ
nō dꝫ eis dari optio.ar.eoꝝ q̄ nō.in.c.ſi diligēti
de fo.ꝯpe.vbi bon⁹ tex.in ſiľi cū ibi nō. ¶ Que
ro qd ſi cleric⁹ de facto hoc ſtatuto nō obſtāte
ꝯfecit iſtrumētū nūqd teneat. Do. Inno.dicit
ꝙ ſi fecit iſtrumentū anq̄ꝫ ei iterdicať ꝑut h dr
tenet ſec⁹ ſi poſtea ⁊ idem Abbas.⁊ poteſt eſſe
rō ſm Jo.an. qꝛ iterdicto officio iterdicitur eis
executio.ar.de ap.c.paſtoralis.§.i.aľ hec iterdi
ctio eſſet eluſoria.qđ eſſe nō dꝫ.ff.de iudi.ſi ptor
⁊ de elec.ꝯmiſſa.li.vi. Itē fit hoc etiā in penam
ꝯhentiū delicto ꝯſencientiū.⁊ dixerūt qdam vt
ipſe refert ꝙ ſi hec ꝓhibitio ꝑuenit ad illos de
populo nō valet iſtrm.aľ ſecus cuꝫ excuſabilis
debeat eſſe ignorātia reſpectu pindicij eorū.ar.
c.fi.de coha.cle.⁊ mul.⁊ de ordi.ab epi.c.i.⁊.ij.
ſꝫ ipe Jo.an.tenet indiſtincte ſiue pcedat iterdi
ctū ſiue nō valē inſtrm ſed tabellio poſſet pnari
beneficio.moueť qꝛ hec ſola pena imponiť vñ
aliam inuenire nō debem⁹.de ſepul.vio.l.iij.ar.in
regula.odia.⁊ regula in penis.de reg.iur.li.vi.
dñs Pe.de ancha.ipugnat hoc dictuꝫ Jo.an.
qꝛ pene ipoſitio in actu a iure ꝓhibito nō cōfir
mat actū cōtra ihibitōeꝫ attētatum vt nō.Bar.
in.l.ptor ait.ff.de no.op.nū.⁊ notāt qdam in.l.
ſi dubiū.C.de legi.vnde melior rō vř ſꝫ eū ꝓ di
cto Jo.an.qꝛ ānullatio iſtrumēti ꝓpter carenti
am fidei nō ꝯcernit ipſū clericū ſꝫ ptes qbus ꝓ
hibitio nō eſt facta.⁊ ꝑ h forte nō eēt malū diſti
guere ſm eū.ꝙ ſi publice ⁊.ꝑ edicta ſolēniter pu
blicata ſit facta h iterdictio clericis ita ꝙ potuit
viſiſſe trāſire in notitiā populi nō valebūt inſtru
mēta alias ſec⁹ ſicut obſeruať i ꝓdigo cui boniſ
eſt iterdictū vt.l.is cui bonis.ff.de v.obli. Ad
uerte ꝯſidero hic duos caſus pncipaliť.pm⁹ añ
iterdictū ſpecifice fiendū ꝑ ſupiorē.⁊ poſt inter
dictū ⁊ ꝓhibitōneꝫ.p cau credo ꝙ cleric⁹ bñfici
at⁹ ſit iterdict⁹ q̄ ad ſe nō.n.dꝫ tūc officiū exercē
in q̄cūq̄ꝫ cā. h ꝓbo ꝑ dictū.c.vt officiū.§.ad cō
ſcribēdas.vbi papa quo ad illū caſum dat cleri
cis etiā ſecularib⁹ ptāteꝫ illud officiū libere exe
quēdi nō obſtāte quocūq̄ꝫ ſtatuto ꝯrio.⁊ glo.al
le.iſtū tex. q̄ regľariť nō habēt poteſtatē exercē
di lꝫ habeāt officiū in bñu.⁊ h ꝓbo ꝑ.c.i.ſ.eo.
vbi ꝓhibeť clericis omne negociuꝫ ⁊ negociatō
ſecularis tabellionat⁹ aūt ē huiuſmodi.vt.ſ.di
xi.3⁰ fac.d.l.vniuerſos.C.de decur.li.x.ſi.n.ꝓ
hibenť decuriones ſeculi forti⁹ clerici q ſunt in
maiori dignitate. maxime ſi ſint ſacerdotes.qa
vt dič tex.in.c.duo ſunt.xcvi.diſ.nulla dignitas
ſecularis ſiľis ē ſacerdotio.⁊ ꝑ h tolliť motiuuꝫ
Jo.an.dū dixit ꝙ cleric⁹ ſolū ꝓhibeť ꝑ bñficio
rū ſbtractōnem.vt.n.dixi h fuit dictū in penā co
rum nō.n.ē iſta noua ꝓhibitio ſꝫ noue pene cō
miatio. Si aūt cleric⁹ fec̄ iſtrm.credo ꝙ tꝫ exq̄
tolerabať in officio rōe publici officij.qua rōne
iterdictū ſupioris nō tꝫ.vt in.c.veritať.⁊ i.c.fi.de
do.⁊ ꝯtu.⁊ nō.Inn.in.c.rainaldus.de teſta.nec
pōt allegari tolerātia. exq̄ publice emanauit ꝓ
hibitio.vt in.c.apoſtolice.de cle.ex.⁊ in.c.ij.de
ꝯſti.li.vi.⁊.xvi.diſ.qđ dicit.nō.Inn.in.c.qualiť
⁊ qñ.de accuſa.nec ob.ſi dicať ꝙ ꝓhibitio eſt ho
die facta omnib⁹ h.qꝛ dico ꝙ tex.hic nō ꝓhibet
pncipaliť ſed mandat ꝓhiberi ꝑ ſupiorē. Item
plus afficit iterdictū iudicis. Item ante ꝓhibi
tionē iudicis videť tolerari in officio. Aut inter
dictū nō fuit publice factū.⁊ tūc tenet in pīudici
um ꝓhibiti vt poſſit pnari vt hic ſed geſta rōne
publici officij tenebūt ſaltē quo ad ignorantes
vt in iurib⁹ pal.⁊ hec nō. ¶ Ulteri⁹ quero.nū
qd tabellio ꝯſtitut⁹ a laico poſſit ſuꝑ eccliaſticiſ
ꝯficē iſtrumēta. Sol. Jo.an.p refert quoſdam
tenere ꝙ ſic.⁊ ita dicit ſeruari de facto.ſed poſt
ea referēdo Hoſt.vř velle ꝯrium.dič eni Hoſti.
ꝙ de rigore ⁊ veritate iuris ꝓcedit ꝯrium ar.c.
maſſana.de elec. Item qꝛ duo opanť vt creda
tur publico iſtrumēto.ꝓſtatio iuramēti.ō pſcri.
ad audiētiam.i fi.⁊ iudicial auctas a q̄ tabellio
hāc ptātē accipit i auč.de tabel.§.i.⁊.C.ō tabel.l
.iij.li.x.q̄rū ſcōꝫ h deficit. Adducit aliud ſimile
ſič eni dcm teſtis auctē iudicis laici in cā eccleſi
aſtica recepti fidem non habet in cauſa eccleſie
lꝫ in ſe forſan ſit verū.de iudi.at ſi clerici.ſic in i
ſtrumēto tabellionis auctē ſupioris ſecularis ꝯ
ſtituti. ſič eni in teſte nō pōt ſpecialiť Impator
h demādare.ita nec generaliť vꝫ ptigit in cau no
ſtro.ar.de deci.tua.ſec⁹ dič i iſtrumēto ꝯfecto a
tabellione clerico ēt i temporalib⁹ lꝫ tale officiū
exercere nō debeat vt hic. adducit nō.i.c.ꝑ ve
nerabilem q ſi.ſit legi.§.rōnibus. do.Anto.vř
tranſire ſiplr cum hoc dcō. Et aduerte quia ex
his rōnibus Hoſt.ſeqtur ꝙ notari⁹ iperiaľ non
poſſit in terris eccłie cōficere iſtrumenta etiam



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iter laicos cum deficiat hec auctoritas iudicia
lis cũ in terris eccl'ie Imperator cenſeaꝛ p̄uata p
ſona. ar. l. iii. ff. de offi. pſi. Contrariuꝫ autem in
vtroqꝫ caſu de facto ſuaꝛ ꝛ forte bñ ſꝫ do. Pe.
de ancha. ꝯficit eni inſtrumēta notari⁹ de ꝯſen
ſu ptiũ quo caſu iuriſdictio volũtaria pōt de cō
ſenſu partiũ ꝓrogari etiã ex territoriũ. vt in. l. ij.
ff. de offi. ꝓcõ. ꝛ ita ſimpliciꝛ trãſit. idē Gaſp. de
Cal. hic. ꝛ ad ſile de teſte rñdit ꝙ illud faꝛ cōtra
Hoſti. cũ teſtis recept⁹ a iudice ſclari in cã ſecu
lari faciat fidē corã eccliaſtico. vt in. c. ſeculares
de fo. ꝯpe. li. vi. hãc eandē opi. ꝯriã tꝫ h do. Car
moneꝛ. qꝛ ꝯficē iſtrumēta nõ eſt poteſtatꝭ ſeu iu
riſdictõis ſꝫ officij ſeu facultatꝭ ꝛ auctoritatꝭ. ar.
de p̄ſcrip. ad audientiã. ꝛ de p̄ſũp. illud. Iteꝫ q̃
ten⁹ ſit iuriſdictõis volũtarie q̃ pōt exerceri etiã
in nõ ſbditũ cōſentientē. vt. d. c. p venerabilē. et
hec opi. ꝯria vꝛ mihi veriſſima. ꝛ p̄ vꝛ h de men
te Bar. in. l. ij. ff. de offi. ꝓcõ. ꝛ in. l. cũctos popu
los. C. de ſũ. tri. ꝛ fi. ca. vbi firmat notariũ ꝯſtitu
tũ a p̄ncipe poſſe ꝯficē iſtrumēta de ꝯſēſu ptiuꝫ
ēt in alieno territorio. idē Bal. in. d. l. cũctos po
pulos. vbi pl⁹ ſētit ꝙ ēt nõ ꝯſtituit⁹ a p̄ncipe ſꝫ p
ſtatutũ loci h poterit iter ſbditos in alieno terri
torio qꝛ officiũ nõrij nõ hꝫ iuriſdictõeꝫ ãnexam
ſꝫ eſt quoddã officiũ. ꝛ tale officiuꝫ ſine iuriſdi
ctõe pōt exerceri ſine diſtictõe territorij. ar. in. l.
quero. ff. de ſolu. Idem in nõrio creato ab Im
peratore vt poſſit ꝯficē inſtrꝫ in terris eccl'ie. tenu
it do. An. in. d. c. p venerabileꝫ. Ego vltra alios
ſpãliꝛ in hac. q. adduco. c. q̄ꝗ. de vſurꝭ. li. vi. vbi
i cã eccliaſtica fu⁹ public⁹ ꝛ ſic nõri⁹ laic⁹ ſtipulaꝛ
2°. adduco. c. cum dilect⁹. de fi. iſtru. vbi ꝯſuetu
do patrie pōt dare hãc ptãtē ꝯficiēdi iſtrumēta
aꝛ nõ hñti ptãtē cui⁹ inſtr̃a faciũt fidē in vtroqꝫ
foro vt ibi. 3°. adduco rõnem iſtud eſt officiuꝫ
ſeculare ꝛ nõ clericale vt h ꝛ in. d. c. i. ergo recur
rendũ eſt ad ipos laicos ſic ad ſuos publicos.
ar. op. in. l. repetita. ꝛ qō ibi nõ. C. de epi. ꝛ cle.
nec ē verꝫ ꝙ in laico deficit auctas in ſpũalibus
qꝛ officiũ ſuũ nõ expediꝛ p viã auctoritatꝭ ſeu iu
riſdictõis ſed poti⁹ p viã cuiuſdã facultatꝭ ꝛ offi
cij qō obtinet a p̄ncipe hñte ptãteꝫ nec hoc offi
ciũ exerceꝛ cōtra nolētes ſꝫ ſolũ in voluntarios
Spe. tñ fuit ſecut⁹ opi. Hoſti. in ti. de iſtru. edi.
§. reſtat. v°. qd de ꝯſtituto. ſed p̄mũ videꝛ veriuſ
nã ꝛ iſamis pōt ꝯficē iſtrumentũ ſi rogatur a pti
bus volentib⁹ vt nõ. Bar. in. l. iij. ff. ad. l. iul'. re
pe. puto tamē ꝙ vbi nõrius haberet etiam iuriſ
dictionē a conſtituente vt cōiter hodie ꝯtigit ꝙ
ꝯſtituũtur iudices ordinarij ꝛ faciũt p̄cepta pti
bus de adimplēdo ꝓmiſſa ꝯtēta in iſtrumento
ꝙ talia p̄cepta nõ obtinēt vim ſuã reſpectu cleri
corũ qꝛ eis p̄cipe nõ poſſunt de iudi. at ſi clerici
qō ſentit Bar. in. d. l. cunctos populos. ꝛ ſic ſta
tutũ quo caueꝛ vt iſtr̃m guarentigiatũ habeat
executõem paratã nõ hꝫ locũ cōtra clericum vt
voluit ibi Bal. ſed Bar. ꝯtra An aũt laicus poſ
ſit ꝯficē iſtrumētum in cã electõis vel alia ſpũali
dic ꝙ ſic vt nõ. in. c. qꝛ ꝓpter. de elec. ꝛ Spec. in
d. §. reſtat. v°. qd ſi tabellio. lꝫ q̇daꝫ ꝯtra ſꝫ p̄mũ
verius cum notari⁹ exerceat nudũ miſterium
qō laicis nõ ꝓhibetur ēt in ſpũalib⁹ vt nõ. in. c. i.
de ꝓcur. li. vi. Item notari⁹ ē q̇dam teſtis. l. do
micius labeo. ff. de teſta. ¶ Sed q̃ro nũq̇d va
leat ꝯſuetudo ꝯtra diſpõnem iſtius. c. credo ꝙ
nõ. qa ē ꝯtra honeſtatē eccl'ie ideo nõ pōt indu
ci ꝯſuetudo vt in. c. cũ ab omni. ꝛ. c. cũ decorē. d°
vi. ꝛ ho. cle. ꝛ h inuit Io. an. tacite dũ nõ. iſtũ tex
ꝯtra venetos vbi ſeruaꝛ ꝯriũ. poſſet tamen ex
cuſari ſi hoc facerēt ꝓpter inſufficientiã benefi
ciorꝫ ꝓut dixi. ¶ Ultimo ſcias ꝙ Hoſti. hic po
nit ſex que diꝛ tabellioneꝫ in p̄ncipio ſui officij
iurare de cōſuetudie. ꝙ de his q̃ videbit ꝛ audi
et. ꝛ requiſit⁹ fuerit ſine dimiutõe veritatꝭ ꝛ cō
mixtõe falſitatꝭ ꝯficiet iſtrumētum iō ſi requiſi
tus nõ ꝯficit iſtrumentũ ē piur⁹ ꝛ ſic ſm eum ſu
is iſtrumētꝭ poſtea nõ credeꝛ ar. de teſti. teſtimo
niũ. Nota hoc dictũ ſentit eni p h ꝙ notari⁹ p
iur⁹ nõ poſſit ꝯficē inſtrumentũ quod nõ puto
verũ quia ēt infamis pōt ꝯficē iſtrumētum ſi ro
gatur a ptibus vt nõ. Bar. in. d. l. iij. ad. l. iul'. re.
vbi vide ꝙ ſemp requiſit⁹ poteſt. niſi deliquerit
cōmittendo falſitatem in officio ita loquiꝛ tex.
nõ. in. l. ſi aliquid. C. d° ſuſcep. ꝛ ar. li. x. ꝛ vide ad
materiã qō nõ. Inn. in. c. fraternitatis. de here
ꝙ autē notari⁹ teneaꝛ ad requiſitõem cuiuſlibꝫ
cōficere iſtrumentũ facit quia dꝛ ſeru⁹ public⁹
vt in iurib⁹. ſ. alle. q̇ non debet officiũ ſuũ alicui
denegare. 2°. iurat ꝙ ſecreta ſibi iniuncta cela-
bit. intelligo qñ ex iuſta cauſa iniungitur ex iu
ſta cauſa iungiꝛ ſilentium. aꝛ aũt cum ſit pſona
publica debet palam ꝛ nõ latentꝛ ꝯficē inſtrumē
ta ar. in. c. i. ꝛ qō ibi nõ. vt eccle. bñ. 3°. ꝙ ſup vſu
rario ꝯctu vel in fraudem vſurarꝫ inito nullum
ꝯficiat iiſtrumentuꝫ. dic tu ꝙ ſup nullo illicito
ꝯctu debet ꝯficē iſtrumentũ aꝛ debet puniri et
ab officio deponi vel remoueri vt in. l. iubemus
C. de ſa. ſanc. ec. ꝛ ibi nõ. Bar. 4°. ꝙ de omnib⁹
iſtrumētis que reddet tenebit penes ſe ꝓtocol
lum. p hoc pōt allegari. c. quoniã ꝯtra. de ꝓba.
5°. ꝙ ſit fidelis illi a quo fuit ꝯſtitutus ꝛ ſi ſciret
dãnum ſuũ tractari illi reuelabit p ſe vel p nun
cium. 6°. ꝙ officium ſibi iniunctũ exercebit cupi
ditate amore odio ꝛ timore remotis ſm bonaꝫ
ꝯſcientiã de quo vide in ſpe. d° iſtrumē. edi. §. re
ſtat. v°. ſed quero ſub qua forma. vbi ponit for-
maꝫ creandi tabellionē. Sꝫ q̃ro qd ſis qui ex
ercebat publice officium tabellionat⁹ nõ erat in
veritate tabellio nunq̇d valebunt iſtrumēta. vi
de p ſpecu. eo. ti. §. reſtat. v°. quid ſi is. vbi cōclu
dit ꝙ nõ ſi a nemine habuit ptãtē ſecus dicit ſi
habuit ptãtē a ſupiore ſꝫ propꝛ defectũ nõ pote
rat hr̃e iſtud officiũ ꝛ h caũ loqꝛ. l. barbari⁹. ff.
de offi. ꝓcõ. ꝛ vide tu Innocenciũ. in. c. nihil. de
elec. ꝛ Bal. in repetitione dicte. l. barbari⁹. Qua
liꝛ autē ꝓbabo aliquē fuiſſe notariũ ad effectũ
vt inſtrumentis p ipm editis detur fides. vide.
Inno. in. c. venies. de v°. ſig. li. vi. ¶ Ultimo hic
q̃ro an notarius debeat ſcire iura. Specu. in. d.

§.reſtat.v̄.ſed nũquid tabellio. dicͭ ꝙ ſic.ne com
mittat aliquẽ errorẽ. ⁊ hec fuit orginaliter opi.
glo.in.l.generali.C. de tab.li.x.ſed Bar.ibi dicͭ
ꝙ n̄ tenetur eſſe doctor.ſ; ſatis eſt ꝙ ſciat ſũmaʒ
notarie ⁊ alie que requirũtur ad pitiam illius ar
tis.⁊ vide Inn.in.c.cũ in cũctis de ele.vbi dicit
⁊ bene ꝙ quilibet tenetur ſcire ea que requirunͭ
ad officium ſuum exercendũ.al'.ãt tenetur ſi cõ
mittit per ignorantiam aliquem errorem. ut i.l.
illicitas.§.ſicuti.ff.de offi.preſi.⁊ in regu.non ẽ
ſine culpa.de regu.iuř.li.vi.

Sententiam Habet mlͭ
ta dicta iõ
cõmode ſũmari non põt.ſ; generaliter
põt ſic ſũmari. Clericis prohibetur oĩa illa ex q
bus ſeqtur vel ſeq põt vite amiſſio vel ſãguis ef
fuſio vl'ſpecialis ſic. Clericus nec dictare nec ꝓ
ꝓferre ſñiaʒ ſãguis d; nec qcqd aliud exercere
ꝑ qõ ad vindictã ſãguis tendatur vel purgatiõi
vulgari opẽ preſtare nõ d;.⁊ hẽt quatuor dicta
ꝑncipalia.2m ibi nec qſq;.3m ibi nullus. q̃rtũ ibi
nec qſq;.⁊ q: tex.i ſe eſt ſatis clar⁹ ita vt notabi
lia exhi niſi iuxta lr̃am n̄ pñt.ꝓſequar dicta doc.
q̃ veniunt ad declarationẽ lr̃e per ptes. ⁊ ꝑ attin
gaʒ iux ordinẽ ꝑmã preʒ tex. Quero igitur qua
re prohibetur clericis dictare ſentẽtiã ſanguinis.
Solu.dic ſm doc.ꝙ per hunc actuʒ preſtant cõ
ſiliũ ⁊ auxiliuʒ ad mortem ſui ſanguis effuſionẽ
quod facere nõ debẽt.ſicut enĩ iſta nõ debẽt per
ſe exercere vt in.c.in archiepãtu. de rap. ⁊ de ex
ceſſ.prela.ex lr̃is.⁊.s̃.eo.clericiſ.ita nec alijs hoc
exercentibuſ debent preſtare auxiliũ vel conſili
um.l.diſt.ſiqs viduam.⁊ in.c.ſicut dignũ. de ho
mi.⁊ per hoc infert Jo.an.non referre an dictet
vt iudex vel vt aſſeſſor vel vt iuriſperitus vel ali
ter qualitercũq;.ſemper enĩ per hunc actum ꝑ
ſtat cõſiliũ ſeu auxiliũ.ſed cõtrã hoc fac.c.illud
xxiij.q.iiij.vbi dicͭ ꝙ dũ legũ auctoritas in ipro
bos exercetur erit dictator imunis ⁊ ſic nullam
maculã d; ex dictamine iuſte ſententie contrahe
re. So.dic Goff.illud procedere i laico qui im
munis eſt a culpa.nõ tñ ab irregularitate. ⁊ dic
latius ꝙ oẽs interficientes aliquẽ quãtũcũq; iu
ſte ſeu ſñiam dictantes vel auxiliũ opẽ iſerentes
contrahunt irregularitatẽ. vnde iuõx notarius
accuſator ⁊ teſtis non poſſunt ꝓmoueri ad ordi
nes exq̃ ex facto eorũ ſecuta eſt vindicta ſangui
nis de qb⁹ vide.ho.tex.cũ glo.i.c.i.li.di. ⁊ ibidẽ
etiã vide de aduocato ⁊ dicam.j. latius. in iſtis
ei cõtrahitur irregularitas ſine peccato ⁊ fuit ſta
tutum hoc ab eccleſia ꝓpter horrorẽ ne illi qui
dederũt cãm effuſionis ſãguinis efficiãtur mini
ſtri vnitatiſ ⁊ mãſuetudinis.hec enĩ irregularitas
eſt de iure poſitiuo.vt nõ Inno.i.c.ad audienti
am.de hoĩ.⁊ dixi.s̃.eo.cleric] ⁊ nõ Jo. cal.c.pe.
de homi. Clerici ãt predictis preſtantes auxiliũ
vel opẽ peccãt q: reʒ eis ꝓhibitam attentant ⁊ i
currunt irregularitatem.qõ itellige qñ ſequitur
ex tali facto mors vel membri detruncatio vt in
cle.ſi furioſuſ.de homi.⁊.c.clericiſ.s̃.eo.vbi dixi

ſecus autem ſi ſequitur alia vindicta ſanguinis
nam tunc fateor ꝙ peccant ſi ſequitur magna ſã
guinis vindicta.ſic intelligo hunc tex.⁊ in.c.i ar
chiepiſcopatu de rap.ſed irregularitatem non i
currunt niſi in predictis duobus caſibus. ⁊ ſic i
tellige dicta doc.hic hec ãt irregularitas contra
hitur non ſoluʒ ſcõ cũ.ſ.qs proprijs manibus a
liquẽ occiderit vel membꝝ detrũcauerit. ſed ẽt
i precepto ꝯſilio vl' fraude vel auxilio.vt i.c.ſiqs
viduã.l.di.⁊ vide ho.tex.in.c.ꝑiculoſe.de pe.di.
i.⁊ i.c.ſicut dignũ de homi. ⁊ qõ ibi nõ. 2⁰ hic
querĩ.hic prohibetur clericis exercere vĩdictã
ſãguis. Itẽ intereſſe vbi ſanguis vindicta exerce
tur Quid ſi clericus iterfuit qñ fuit lata ſñia ſup
vindicta ſanguis ⁊ nõ qñ de ſcõ fuit facta execu
tio. Solõ credo ꝙ peccauerit.quia ſatis exerce
tur vindicta ſanguinis per ſententiam ſuper eo
latam arg. op.in.d.c.periculoſe. q̃re dico ꝙ tex.
iſte poteſt verificari tam tempore ſñie q̃; executi
onis ipſius.an autem per hanc intereſſentiã ſeu
preſentiaʒ efficiãtur iſti clerici irregulares. So.
glo.i.hic dicit ꝙ non.nec dẽbẽt etiam per hoc de
poni.licet aliter puniri debeant.quia cõtra ꝑcep
tum huius canonis venerunt ⁊ bene loquitur ⁊
idem dicit Inno.hic.dicit enim ꝙ intereſſe non
facit queʒ irregularẽ niſi intereſſet auctoritatem
preſtãs vel auxiliũ.idẽ ſ; Hoſti.ſi preſtaret auxi
liuʒ ꝯſiliuʒ vel fauorem aut operam.vt p; ex nõ.
in.d.c.ſicut dignũ de homi.⁊ de cle. pu.i du.c.ij.
dicͭ.n.Hoſti.ꝙ ſi ad clericũ ſpectat iuriſdictio nul
lo mõ debet itereſſe vindicte.ne videatur preſta
re auctoritatẽ vt i.c.ex lr̃is.⁊ ꝙ ibi nõ. de exceſ.
ꝑla.⁊ ideʒ Guil.i ſpe.de lega.§.iuxta.v̄ qd ſi eps
ego limitarẽ.iſtũ tex.cũ glo.⁊ reſtringerẽ i cleri
cis itereſſentib⁹ ex ſola libidine ſeu volũtate.nõ
.n.dẽbent ꝑſtare pñtiã iſtis eis ꝓhibitis ſicut nec
alijſ ſpectaculꝭ ꝯuiuijs ꝯiugiorũ.vt i.c.ꝑſbri. xxx
iiij.di.⁊ i.c.nõ d; de ꝯſe.di.v.ſecus ãt puto i iter
eſſentib⁹ ex iuſta cã puta q aſſociant iuſtitiãdũ
ne icidat i deſperationẽ. ⁊ rememorãtur ſibi di
uinã ſcripturã ⁊ cõfortãt ad patientiã ſicut obſ
uatur i multis locis. Tertio q̃ro an iſtud pre
ceptũ hẽat locũ i oĩb⁹ clericis. So.tex.inuit hic
apte ꝙ ſic dũ h̄ loquiͭ ꝑ vbum vniuerſale negati
uũ vt p; ibi nullus clericus.q.n.vniuerſaliter lo
quiͭ neminẽ excludit.vt i.c.ſolite.de ma.⁊ obe.⁊
c.ſi romanorũ. xix.di.⁊ h̄ aperte t; Hoſti.dicͭ.n.
nõ referre.an ſit in ſacris vl' ne ſi ordinari deſide
rat.li.di.c.i.⁊.s̃.eo.clericiſ. ego dico ꝙ ẽt ſi nõ de
ſiderat ordinari.ex quo n.ẽ clericus nõ d; exer
cere illa ꝑ que ſequiͭ ſãguinis vindicta.aliter ãt
d; deponi tãq; irregularis nã clericus ẽt i mino
ribuſ deponendus eſt occaſione delicti vt i.c. cũ
non ab homine.de iudi.. Quarto quero qd intẽ
dat lr̃a i.v̄.ſiquis aũt.vbi dͬ ꝙ ſi occaſione huiuſ
modi ſtatuti ⁊c. So.dicit Jo.an.ꝙ forſan dicit
ptãs clerico tu non vis ſeruire mihi. nec tibi ſer
uiatur a meis.⁊ ſic interdicit ſibi cõmertium ſuo
rum ſubditorum.vel aliter eum grauat.⁊ h̄ ſatis
põt admitti. Sed ego per tex. iſtuʒ dico ꝙ ſi

ptãs vel alius officialis vellet clericum etiam in minoribus cõſtringere vt ſit miniſter iuſtitie puta magnigoldꝰ. vl' ꝙ debeat dictare ſniam ſeu intereſſe ſnie. debet ab hoc cõpeſci ꝑ cẽſuraꝫ eccleſiaſticaꝫ. ¶ Quinto quero an pñcipium iſtud habeat locum ſiue clericus habeat iuriſdictõeꝫ tẽporalem ſiue nõ. dic ꝙ ſic. nunq̃ꝫ eiꝫ debet ipſe cognoſcẽ vel dictare ſniam. ꝑ quã tendatur ad ſanguinis vindictã. debet eiꝫ alijs tales cãs cõmittere. vt i. c. ſi. ʒ. eo. li. vi. dixi. ſ. eo. clericis. põt tamẽ reum flagellis afficere. ita tamẽ ꝙ nõ videatur tẽdere ad ſanguinis vindictam. vt i. c. in archiepãtu. de rap. facit. c. ad audiẽtiam. de ſal. et vide quod ibi nõ. i glo. fi. ⁊ per h̃ habes declaratam pmam partẽ. c. ¶ Venio nũc ad ſcdaꝫ ptẽ ſ. ad. §. nec quiſq̃ꝫ clericꝰ. ⁊ pmo quero nũquid clericꝰ efficiat irregularꝭ. ſi ſcribat lr̃as vl' dictat ꝓ vidicta ſãguinis. dic ꝙ ſic ſi ex h̃ ſequat mors vl' mẽbri detrũcatio. qa dedit auxiliũ vl' cõſiliuꝫ vt dixi i pcedẽti pte vbi vide. Si aũt ñ fuerit ꝓdcã ſecuta ceſſat irregularitas. ſola eiꝫ ſcriptura vt dic Jo. an. i nullo caſu cõſtituit irregularẽ ſcribẽtẽ q̃uis aliꝯ puniri poſſit ꝓ eo ꝙ exercuit rẽ illicitã ſibi. iſte eiꝫ tex idiſticte ꝓhibet hãc ſcripturã ꝑ clericũ fieri. imo diſponit vt h̃ officiũ nõ cõmittat clerico i curijs pñcipũ. ¶ 2ꝰ quero qd ſi clericꝰ ſcribat lr̃as ſimplr̃ vt aliqs capiat. nihil aũt fuit ſcriptũ de ſãguinis vidicta. tñ ex illa captura fuit ſecuta mors vl' mẽbri detrũcatio clerico ignorãte ipſũ factũ ⁊ cãm capture. an efficiat irregularis ex h̃. So. dic Hoſti. ꝙ h̃ ẽ ei periculoſũ. qꝛ nõ cõſueuerũt hoĩes capi ꝓ nihilo. ⁊ lex ꝓmotõis nõ i volũtate ſꝫ i ſcõ cõſiſtit. xv. q. i. c. fi. debuit eiꝫ h̃ cogitare euenire. ⁊ iõ h̃ dr̃ ꝙ i curijs pñcipũ h̃ officiũ nõ dꝫ cõmitti clerico. ⁊ vr̃ ꝑ h̃ velle Hoſti. ꝙ talis ſit irregularis. lꝫ apte nõ loquat. ſꝫ dicat h̃ illi periculoſũ. doc. tñ ſequẽtes cõit itelligũt Hoſti. i irregularitate. ſꝫ do. Pe. de ancho. dic ſe credẽ ꝙ ex q̃litate pſone eiꝰ qui capi mãdauit clericꝰ dr̃ i h̃ culpabilis vl' nõ. ſi eiꝫ iudex cãꝫ ciuiliũ vl' aliꝰ q ñ cõſueuit hoĩes capẽ ꝓ delicto. ſꝫ ꝓ debito h̃ ſcribi mãdauit. lꝫ ex illa captura poſtmodũ moriat. qꝛ forte p̃ erat d' crimine cõdẽnatꝰ vl' pꝰ illã capturã factã fuit cõuictꝰ de crimie capitali nõ erit irregularꝭ ille clericus. ſecꝰ dic ſi ſcripſiſſꝫ lr̃as captõis ad iſtãtiã iudicꝭ cãꝫ criminaliũ vl' illius q hꝫ cognitõeꝫ de ciuilibꝰ vl' crimĩalibꝰ. tũc eiꝫ ꝓcedẽt dictũ Hoſti. mihi vr̃ ꝙ ſit iueſtigãdũ ꝙ clericꝰ ſcribendo lr̃as ſup captura fuerit i culpa. nã ſi dederit operã rei illicite. oĩa debẽt ſibi iputari q̃ ſequũt lꝫ ſine culpa ſua ⁊ ꝑ caſũ fortuitũ. vt le. ⁊ nõ. i. c. tua. ⁊ c. ſic dignũ. de homi. cũ ſi. vnde ſi ſcripſit i cã criminali idubitãt vr̃ ſibi iputãdũ. qꝛ iſtud officiũ ẽ ſibi interdictũ. vt. h̃ ⁊ vide tex. optimũ i. c. ſi. de homi. li. vi. vbi mãdatori iputat mors ſequẽs p̃ter volũtatẽ ſuã. qꝛ mãdãdo illũ ꝑcuti fuit i culpa. Si aũt ſcripſit ſimplr̃ capturã. credo ꝙ idẽ a q̃cũq̃ꝫ fuerit ſibi iũctum. ſi fuit i culpa ſcribẽdo. puta qa nõ ſpectabat ad officiũ ſuũ. ⁊ fuit ſibi mãdatũ ab eo cui nõ tenebat obedire. debuit eiꝫ cogitare h̃ euenire poſſe. nã ſaltẽ poterat cõmẽdari i carcẽ ꝓ aliq̃ delicto p̃cedẽti ad petitõeꝫ iudicis cõpetẽt iux̃ nõ. ꝑ Bar. i. l. ſi cui. ff. de accu. ſecus aũt vbi i ſcribẽdo ñ dep̃hẽderet in aliq̃ culpa. q̃ caſu poſſꝫ ꝓcedẽ opi. do. Pe. ¶ Tertio q̃ro qd ſi i cã ſanguinis clericꝰ ſcipiat vl' ſcribat dcã teſtiũ. nũqd efficiat irregularꝭ. So. cõclude breuiter pꝰ Inno. ⁊ alios ꝙ ſi ex tali ſcriptura etiã nõ auctẽtice fcã vl' alia ſeq̃t mors vl' mẽbri inciſio efficit clericꝰ irregularꝭ. qa dat auxiliũ ⁊ cõſiliũ ⁊c. vt. ſ. dixi ⁊ vide qd le. ⁊ nõ. i. c. i. l. di. ſecꝰ dicẽdũ ſi mors vl' mẽbri detrũcatio nõ fuit ſecuta. tũc eiꝫ ſcriptura nõ ſola fac quẽ irregularẽ lꝫ clericꝰ poſſit aliꝯ puniri. qꝛ rẽ ſibi ꝓhibitã attentauit. vt. ſ. dixi. ¶ Quarto q̃ro. qd ſi lr̃e mittãt alicui pñcipi vt talẽ homicidã ſeu facinoroſũ q i tali hoſpitio morat capi faciat ⁊ ſuſpendat pñceps aũt has lr̃as tradit clerico ſuo legẽdas q lr̃as legit. qbꝰ lectꝭ pñceps fec capi homicidaꝫ ⁊ ſuſpẽdi. nũqd clericus ex ſola lectõe lr̃aꝫ efficiatur irregularꝭ. Jo. an. ⁊ Hoſti. ꝙ ſic. ⁊ dicũt ꝙ ꝓ hac pte fuit rñſuꝫ ꝑ do. Clemẽtẽ papã quartuꝫ qa ex lectura ſua ſecutũ fuit homicidiũ. ⁊ p̃ſtitit auxiliũ ſeu opẽ ad mortẽ ipiꝰ. nec ꝓdeſt ſi dicat ſe ignoraſſe tenorẽ. qa debuit lr̃as ſibi p̃ legẽ. qd ⁊ ſi nõ fec tñ q̃zcio ꝑuenit ad captõeꝫ debuit ſilẽtiẽ ⁊ lr̃aꝫ dño redõẽ ⁊ dicẽ ꝙ talẽ lr̃aꝫ legẽ non erat officij ſui. fac qd le. ⁊ nõ. i. c ſic dignũ. de homi. ⁊. ſ. eo. clericis. ¶ Quito q̃ro. qd ſi clericus ñ ſcripſit nec dictauit ſꝫ fuit aduocatꝰ i cã ſanguinis. So. dicit Jo. an. ꝙ ſola aduocatio nõ facit ipſũ irregularẽ. ſꝫ ſi ex officio aduocatõis ſeqt vidicta ſanguis irregularꝭ efficit. ſiue ſit ex pte actorꝭ ſiue accuſatorꝭ. ⁊ cõtigat reũ occidi de q̃ nemini dubiũ ẽ. ſiue ſit ex pte rei. ⁊ ex h̃ cõtigat occidi accuſatorẽ. q ſe ad penã talionis obligauerat. ⁊ iõ caueat clericꝰ ne i cã ſanguinis ſit aduocatꝰ. de q̃ vide tex. ĩũcta glo. ho. li. di. c. i. ⁊. l. di. ſi qs viduã. Quidã tñ tenuerũt cõtrium. qñ fuit aduocatꝰ ex pte rei. qa reũ ẽt eccleſia defẽdit. xxiij. q. v. reos ſanguinis. ſꝫ Jo. an. tenẽdo pmũ dixit ꝙ h̃ genus defẽſionis nõ ptinet ad clericũ. ⁊ contrariũ pcal. loquit de alia defenſione. vt nõ. i. c. iter alia. de imu. eccle. ⁊ i. c. nos nouimꝰ. ʒ. de vb. ſig. ⁊ cũ h̃ dcõ Jo. an. trãſeũt cõiter doc. h̃. ⁊ examinat plene glo. i. d. c. i. li. di. ⁊ cõcludit hãc opi. tutiorẽ. ⁊ vide qd plenꝰ nõ. ſ. c. i. de poſtu. i clerico eiꝫ cui nõ lꝫ poſtulare i iure ciuili. hãc opi. puto indiſtincte veram. qa cũ dederit operã rei illicite iputãt oĩa q̃ ſequũt. vt. d. c. tua. de homi. ⁊ qd ibi nõ. ſꝫ i laico vl' in clerico i minoribꝰ non ꝓhibito poſtulare ẽ maius dubiũ. cuꝫ ſit ex pte rei qa pñcipaliter tẽdit ad defẽſionẽ. nõ auteꝫ vt actor puniat de calũnia. abſit eiꝫ ꝙ ab ea q̃ facimꝰ ꝓpter bonũ. ſi p̃ter nr̃am intẽtõem qcq̃ꝫ mali alicui accidat nobis iputet vt dic tex. i. c. d' occidendis. xxiij. q. v. facit i ſimili qd le. ⁊ nõ. in. c. prelat. de homi. li. vi. fateor ꝙ prima opi. tutior eſt. ſed iſta forte eſt verior de ſubtilitate iuris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Sexto ⁊ vltio q̄ro ī qbꝰ clericis hēat locū.
§.iſte.ſo.credo ꝙ ī oībꝰ.nā tex.iſte loqͭ gn̄alit
vt pꝫ ibi .nec qſq̄ꝫ clericꝰ ⁊c̄.de ma.⁊ obe. ſolite
⁊ fcīt qð.ſ.dixi ī p̄cedēti rn̄ſo. ¶ Venio nūc ad
ētiā ptē.c.qd.§.nullꝰ q̄qꝫ.ī q̄ p̄o q̄ro h̄ dr̄ ꝙ cle-
ricꝰ nō dꝫ p̄poni ruptarijs ⁊ baliſtarijs aut hu-
iuſmōi virī ſāguis ⁊c̄.q dicāf ruptarij. ſo.dicit
Hoſt.ꝙ h̄ vbuꝫ fuit formatū ex vulgari loci. ⁊
dic̄ abb.ꝙ dr̄ a rūpo is. vnde dicit Jo. an. hoc
verbū ſumitͬ ꝓ his q preſūt machinis que ten-
dūt ad rupturā.vnde clericꝰ nō dꝫ deputari ſu-
per illos miſtros.cū tēdant ad deſtructioneꝫ ⁊
mortē alioꝝ. Et ex h̄ ⁊ ex tex.nō ꝙ clericus nō
dꝫ deputari p̄nceps ſeu capitaneus belli.ſcīt.c.
clericis.ſ.e.⁊ cū iſte tex.loqͭ īdiſtincte. puto h̄
ꝓcedere.ſiue bellū ſit iuſtū ſiue iīuſtū.lꝫ.n.cleri
cus poſſit itereē bello iuſto ⁊ hortari alios ad
pugnā iuxta nō.ī.c.ſciſcitatus.vij.q.i.vbi gl. fa
cit.xxiij.q.viij.ōi ⁊.c.vt pridē.⁊.c.pe. de homi.
⁊ qð ibi nō.⁊ de ſen.excō.dilecto.li.vi.cū ſi.non
tñ dꝫ ꝯſtitui capitaneꝰ ſeu dux belli acies ordi-
nādo vl̄ ſilia faciēdo.qꝛ h̄ n̄ cōuenit manſuetu-
dini clericorū.ar.c.cōuenior.xxxiij.q.viij. ſētit
tñ Inno.ꝙ p̄poni dꝫ bello qð nō ſit directe ad
occidēdū ſꝫ ad ſua defēdēda vl̄ rcuperāda iux
nō.ī.c.olim.de reſti.ſpo.non tñ dꝫ preponi his
ꝑſonis q̄ tñ directe ſūt q̄ſi viri ſāguinū.ſꝫ Hoſti.
dicit tutius eē vt nulli p̄ponaf acies ordinādo
lꝫ alit ꝓ iure ſuo poſſit eē ī bello vt ī iuribꝰ pre-
alle.⁊ h̄ vltimū mihi plꝫ.qꝛ vt dixi n̄ vr̄ h̄ offm̄
cōuenire clericis.an aūt ꝯueniēdo ſūt clerici ir
regulares.credo ꝙ ſi bellū erat iīuſtū erūt irre
gulares ſiue a ſe ſiue ab alijs laicis aliq occidā-
tur vl̄ mēbra mutilāf.qꝛ p̄ſtādo p̄ñtiā p̄ſerti au
ctorizabilē p̄ſtiterūt ⁊ auxiliū ⁊ opaꝫ ad mortē
illoꝝ.ad hoc facit qð le.⁊ nō.in.c.ſicut dignuꝫ.
de homi.⁊.c.ad audiētiā.e.ti. Si aūt bellū erat
iuſtū efficiūt irregulares ex fcō ꝓp̄o non autē
alieno.puta ſi ꝓp̄is manibus aliquē occiderūt
vl̄ mēbra mutilauerūt ad h̄ tex.ī.c.pe.de homi.
⁊ qð ibi nō.h̄ veꝝ.niſi ꝓpriā mortē aliter euita
re nō poſſent vt ī cle.ſi furioſus.de homi.de of-
ficio tñ qð clericus vſurpauit ꝯ hꝰ.c.ꝓhibitio-
nem ē alit puniendus vt.ſ.dixi ī.§.precedenti.

¶ 2ᵒ. q̄ro.quid ſiquis ī bello iuſto non ad ipu-
gnationē alt̄ius ſed ad ſui defenſionē baliſtario
dedit vl̄ miniſtrare fecit ſagittā ſeu baliſtā.bali
ſtariꝰ aūt poſtea aliquē occidit.nunqd clericꝰ ſit
irregularis.vl̄ p̄ōe ꝙ miniſtrauerit alicui lāceā
ſeu enſē vl̄ aliud genꝰ armorū ex quo poſtea fu
it homicidiū vl̄ mēbri detrūcatio ſecuta.clericꝰ
tñ vt p̄dixi n̄ miſtrauit vl̄ miſtrari fecit h̄ ad mō
tē alicuiꝰ ſꝫ ad ſui defēſionē. Ho. Inno.multuꝫ
ſup hoc iſtat.nā p̄ͥvidebaf ꝙ nūq̄ꝫ hoc caſu cle
ricus eēt irregularis.cū iſta nō miſtrauerit ad
mortē ſꝫ ad defēſionē ſuā ⁊ ſuoꝝ.ꝙ auteꝫ mors
īde ſecuta fuerit iputādū ē duritie iuadentiuꝫ.
clericus.n.nō dedit cōſiliū vl̄ auxiliū ad mortē
ſꝫ ad ſui defēſionē. Sꝫ ī ꝯtriū facit. qꝛ nūq̄ꝫ licet
clerico ī bello q̄tūcūq̄ꝫ iuſto miſteriū vl̄ ꝯſiliū
ita imediatū ad mortē prebere vt ī.c.qð in du-
bijs.de pe.⁊ ar.j.de pe.⁊ re.c.ij.qꝛ non dat dili-
gētiā quā pōt.ne ſequaf homicidiū. imo potiꝰ
ſic procurat miniſtrari ⁊ cām ꝓpiquaꝫ prebet.
ar.j.de homi.ad audientiā.ſicut.n. prohibetur
clericis preeſſe iſtis baliſtarijs vt h̄. ita vr̄ ꝓhi
bitū parere eis baliſtas vl̄ ſagittas.⁊ hāc partē
ſeqͭ Inn.iuſt̄ baliſtarijs ⁊ alijs q q̄ſi directe tē
dūt ad mortē.enſē aūt vl̄ lāceaꝫ aliqbꝰ p̄parare
ad ſui defēſionē dicit nō ꝓhibitū.qꝛ iſta non tē
dunt ita directe ad mortē. ⁊ totū ſit defēſionis
cā.⁊ cū hoc dicto trāſeunt hic Jo.an.⁊ alij pre-
ter Ho. An.q dicit ſe nō facere drāꝫ int̄ lāceaꝫ
⁊ ſagittā.ſed ī h̄ articulo diſtiguit ſic. ꝙ aut ex t
actū belli preparāf arma offēdibilia vt ſūt ba-
liſta lācea vl̄ enſis.⁊ preparās n̄ eſt irregularis
aut preparātur ī actu belli.⁊ tunc dicit clariꝰ ꝙ
p̄parās efficif irregularis maxime ſi bellū eēꝫ
iīlicitū.dicit tñ hoc ꝓcedere q̄ñ qs p̄parauit p̄-
dicta ꝓpt̄ defenſionē rerum.ſecꝰ aūt ſi ꝓpt̄ defē
ſionem ꝓpriā.qꝛ alit ꝑſonā ſuā defendere non
potat.⁊ veriſilr̄ iminebat periculuꝫ mort̄.nihil
ad p̄dc̄a allegat. Sꝫ tu aduerte.nā vbicūq̄ꝫ cle
ricus veriſilr̄ n̄ valet alr̄ euitare mortē ꝓpriam
niſi alium occidat.tunc indubitāter euitat irre
gularitatem ⁊ peccatum non ſolum ſi alij arma
preparat ſed etiā ſi ſuis manibus occidat. tex.
eſt apertus in.d.cle.ſi furioſus.de homi.ſed du
bium eſt quando poterat aliter vitare mortem
puta fugiēdo.vl̄ iſtabat ꝓ ſuaꝝ rꝝ defēſiōe ſeu
patrie.⁊ tūc ſi ſuis manibꝰ aliquē occidat vl̄ mē
bro mutilet.idubitāt efficif irregularis vt ī cle.
ſi furioſus ⁊ ī.c.pe.de homi. Si autē p̄parauit
arma.ex qbꝰ mors ē ſecuta.⁊ tūc ſi ad hūc fineꝫ
miſteriū p̄buit.idubitāt ē irregularis.qꝛ p̄ſtitit
auxiliū ī mortē alicuiꝰ vt h̄ ī.i.⁊.ij.rn̄ſo.⁊.c.peri
culoſe.de pe.di.i.l.di.ſiqs viduā.naꝫ clericatus
reddit clericos ihabiles ad pugnādū et ꝯ ſarra
cenos.vt dicit tex.ī.c.ex mlt̄a.d voto. Aut p̄pa
rauit arma nō ī mortē p̄ncipalit ſꝫ ad ſui defen
ſionē.⁊ iſte ē ꝓp̄us caſus Inno.q ſat eſt dubi-
tabil̄.nā cū liceat ꝓ ſuaꝝ reꝝ defēſiōe ⁊ rcupe-
ratōe mouē arma ēt clericis vt ī.c.dilecto.d ſē.
excō.li.vi.⁊.c.oli.d reſti.ſpo. ḡ fortiꝰ licet arma
alijs p̄parare ad ſui defēſionē.nec debꝫ iputari
mors ſequēs.cū ī mortē iſte n̄ ꝯſēſit.fac optie.c
ij.d homi.li.vi. Sꝫ ī ꝯtriū fac ꝙ clericꝰ n̄ dꝫ ꝓ de
fēſione ſuaꝝ reꝝ ad ſeua puta ad occiſionē vel
ſāguis effuſionē ꝓcedē vt ī.c.ſuſcepimus.d ho
mi.⁊ ibi ho.tex. Itē clericꝰ nūq̄ꝫ euitat irregla
ritatē ex occiſiōe.niſi q̄ñ alit mortē ꝓpaꝫ euita-
re n̄ potat vt in.d.cle.ſi furioſus.ḡ preparando
arma ꝓ defēſiōe reꝝ icurrit irregularitatem. ſi
mors idē ſeqͭf.qꝛ mādato ⁊ auxilio ſuo vr̄ ſecu
ta.nec ob.ſi dicaf ꝙ iſte n̄ itēdebat ad h̄.qꝛ de-
buit cogitare h̄ euenire poſſe.cū arma ī cōflictu
d facili n̄ p̄ñt mēſurari ⁊ regulari.ad h̄ alī. tex.
opti.ī.c.ſi.de homi.li.vi.vbi vr̄ ꝙ ſiqs mādauit
alicui vt aliquē vbēaret.⁊ exp̄ſſe ꝓhibuit ne oc
cideret vel mutilaret.ꝙ ſi mādatariꝰ excedēdo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fines mãdati illũ occidit efficit̃ mãdatoꝛ irregu
laris q: fuit i culpa mãdãdo vberare. Jtẽ quia
potuit cogitare h̃ euenire poſſe ⁊ h̃ nõ. ⁊ faciũt
h̃ ad qõez quã põit Var i.l.ſi qs mihi bõ.§.iuſ
ſũ.ff.de acq.hẽ.de quodã nobili q recepit iiuriã
a quodã ⁊ rediẽs domũ dixit famulo fac q̃ nõ
appeas i cõſpectu meo niſi aliqd ſentiã ille iuit
⁊ iterfecit iiuriãtẽ q̃rebat̃ an dñs d̃beat puniri
tãq̃ȝ mãdatoꝛ ⁊ fuit cõcluſũ i qõe facti q̃ ſic q:
ſatis tacite mãdauit ⁊ idẽ dic in clerico ſilia mã
dãte qõ nõ. ¶ Tertio circa artẽ chirugie q̃ro
quare ꝓhibet̃ clericis. So.dicũt doc.q̃ ꝓpt̃ pi
culũ erroꝛis qõ ei ieſt. Jtẽ ꝓpt̃ lubricũ ꝯſcie ar.
s̃.de eta.⁊ q̃li.ad aures. ⁊ ꝓpter dubiũ curatõis
euẽtũ.ꝓterea dic q̃ eſt officiũ ſeculare nõ ãt ſpi
rituale merito ꝓhibet̃ clericis vt.s̃.e.c.i. Clerici
aũt debẽt eẽ medici aiaꝝ nõ aũt coꝛpoꝝ vt in.c.
cũ ſit ars artiũ.de eta.⁊ q̃li.⁊ militare deo nõ ãt
ſeculo vt i.o.c.repꝛehenſibile.xxiij.q.viij. ⁊ indi
gnũ ẽ ⁊ iiuſtũ ſi ꝓmiſcuis reꝝ actibus turbẽt̃ of
ficia vt.l.cõſulta diualia.C.de teſta. Cõclude q̃
q̃ clericus nõ debȝ artẽ chirugie exercere vt h̃
⁊ aduerte q: tex.loq̃t̃ de ſacerdote diacono ⁊
ſubdiacono Jo.an.itelligit de ſubdiacono ſcõ
vl̃ faciẽdo.ſȝ ego miroꝛ quare ſic iꝓꝓꝛiet lraȝ
vñ ego dicerẽ q̃ i ſacris cõſtitutis oĩo põt ab h̃
officio ꝯpeſci ⁊ ſi attẽtauerit poterit puniri q̃ȝ
tũcũq̃ȝ moꝛs ide ſecuta ñ fuerit q: officiũ ſibi ꝓ
hibitũ exercuit vt.s̃.dixi.i.ꝑcedẽtibus.s̃.⁊ ideȝ
itellegerẽ i ꝯſtituto i minoꝛibus cõpetẽt bñficia
to.ar.i.c.i.de poſtu.⁊.s̃.tetigi.⁊ ſi moꝛs ide ſeq̃
tur vl̃ mẽbri detruncatio arcebit̃ a promotõne
ſiẽda.⁊ idẽ eẽt in laico qñ ꝓuenit ex culpa ſua l̃
ꝯſcia eũ de hoc remoꝛdeat ar.in.o.c.ad aures.
ex q̃.n.illud officium nõ ẽ ſibi a iure ꝓhibitũ nõ
dȝ ſibi iputari euẽt⁹ moꝛtalitatis ſine culpa ſua
cõtingẽs vt i.o.c.ad aures.⁊ qõ ibi nõ.facit qõ
nõ.i.o.c.tua.de homi. Sȝ circa artẽ phyce põt
dubitari an idiſtincte clericis ꝓhibeat̃ dicerem
ſic q̃ religioſ⁊ ⁊ i dignitate cõſtitut̃ ac ſacerdoti
bus ⁊ alijs q ꝓhibẽt̃ ſciaȝ phycalẽ audire h̃ ex
ercitiũ vl̃ ꝓhibitũ de q̃bus in.c.nõ magno.s̃.e.
⁊.j.c.ꝑxio ꝓhibet̃ eni eis ſtudere i hac ſcia ꝓpt̃
exercitiũ vñ ex quo ꝓhibet̃ ſtudiũ videt̃ eis ꝓ
hibitũ exercitiũ ar.c.tue.de ꝑeu.⁊.l.oꝛatio.ff.d̃
ſpon.⁊ in reg.cũ qd.⁊ qõ ibi nõ. Jo.an.i mer.d̃
reg.iur.li.vi. Jn alijs vero ſi ſunt i ſacris vl̃ bñ
ficiati dicerẽ idẽ ſi habẽt cõpetenter vñ viuant
q: nemo militans deo ⁊c̃.vt.in.c.i.s̃.eo.⁊ qõ.s̃.
dixi. Cõſtituti vero in minoꝛibus vl̃ i ſacris nõ
bñficiati non credere eis hoc officiuȝ iterdictũ
ar.c.i.de poſtu. Jtẽ q: nõ reperit̃ eis hoc exer
citiũ interdictũ ⁊ facit iſte tex.i eo q̃ ꝓhibet eis
iſtã artẽ chirugie q̃ aduſtionẽ vl̃ iciſionẽ iducit
ſȝ i phyſica iſtud ceſſat vñ nõ ita cõtigit piculũ
moꝛtis directe i phyca ſicut i chirugia. Sȝ q̃
ro an exercens hãc artẽ chirugie efficiat̃ irregu
laris ſiue ſit clericus ſiue laic⁹. So.cõclude hẽ
nit̃ dicta.doc.ſic q̃ ſi moꝛs vel mẽbꝛi detrũcatõ
ide nõ ſeq̃t̃ nẽo illoꝝ irregularitatẽ icurrit ar.i
cle.ſi furioſus.de homi. Sȝ clericus exercens
ꝯ ꝓhibitõeȝ iſtius.c.poterit puniri vt.s̃.dixi ⁊
dicunt doc.q̃ ſi monitus nõ emẽdauerit pote
rit deponi.ſi vero ſequat̃ moꝛs vel mẽbꝛi detrũ
catio clericus ꝓhibitus oĩo efficit̃ irregularis
ẽt ſi nõ fuit i culpa q: dedit operã rei illicite iõ
iputat̃ caus ide cõtingẽs vt i.o.c.tua.de homi.
⁊ qõ ibi nõ.laicus aũt nõ ex q̃ i culpa nõ reperi
tur de quo dicẽdũ vt i.c.ad aures.ꝑall̃.ſecus ãt
ſi fuit i culpa q: iperitia iputat̃ medico.vt.l.illi
citas.§.ſicuti.ff.de offi.ꝑſi. ¶ Venio nunc ad
vltimam ꝑteȝ.ſ.ad.§.nec quiſq̃ȝ. ⁊ quero q̃liter
fiebat purgatio in aqua frigida. So.dicũt doc.
q̃ iplebatur vas aqua tante ꝓfunditatis q̃ ex
cedebat altitudinẽ hominis ⁊ ponebat̃ purgã
dus ſuper ea ⁊ dimittebãt eũ cadere ⁊ ſi attige
bat fundũȝ uaſis inocens iudicabat̃.aliter iudi
cabatur nocens.i feruenti vero aqua vel ferro
candenti fiebat quando quis per illa non lede
batur ¶ Vltimo queritur quid appellatur mo
nomachia. So.dicunt doc.q̃ eſt ſingularis pu
gna ⁊ dicitur a monos quod eſt vnũ ⁊ machia
quod eſt pugna quaſi vnius ⁊ alterius pugna.
ſic duellum quia duoꝝ bellum ad eſſe enim pu
gne duo neceſſaria requiruntur ⁊c̃.

## Ad per ſpecula

Hoc intendit in ſũma. Cõſtitutõ turo
nenſis cõcilij puniẽs religioſos audiẽtes leges
vl̃ phyca i ẽ canon late ſnie ⁊ icidẽtes i illã debẽt
ꝑ oꝛdinarios puniri h̃ ꝑ.2ª. extẽdit dcãm cõſti
tutõeȝ ad habẽtes dignitates ⁊ ꝑſonatus ⁊ ad
pſb̃roſ ⁊ ps huius.j.de mag.⁊ ꝑule.ſup ſpecu.
Diuidit̃ in q̃nq̃ȝ ꝑtes.ꝑ poit deciſũ exoꝛdiũ 2º.
ibi ꝯ relatio turonẽ ꝯcilij.tertio ibi veꝝ opinio
nes varias circa illud.q̃rto ibi nos determiatio
q̃nto ibi q: vero cõſtitutõeȝ extẽdit. ¶ Nõ ibi
ad audiẽdũ iiicto.c.nõ magno.s̃.eo.q̃ ſcholaris
audiẽs vnã ſciaȝ ⁊ i ea ſtudẽs dicit̃ eam legere
nã cũ.c.ñ magno.loq̃ret̃ de religioſis exeũtib⁹
ad audiẽdas leges vl̃ phycã hoc.c.illã ꝯſtitutio
nẽ referens dicit de audiẽtibus.ius.n.iterꝑtãs
debet intelligi ſm ius iterꝑtatũ ⁊ de hoc aliqd.
j. ¶ Nõ 2º q̃ ꝓbabiliter poteſt dubitari an per
iſta verba ſic excõicatus ab oĩbus euitet̃.⁊c̃.ꝓ
ferat̃ ipõ iure excõicatio.nã.c.nõ magno.loq̃
bat̃ ꝑ iſta verba ⁊ tamẽ inſurgebant opi.varie.
papa aũt expſſe h̃ voluit d̃clarare ⁊ dixit q̃ dce
tero tales foꝛẽt ipõ iure excõicari ⁊ ſic papa no
luit ꝓbabiliter ꝑteritos ligari.ad hoc vide cir
ca intellectũ huius vbi decetero quod nõ.glo.i
c.vno.de poſtu.ꝑla.i vbo decetero ⁊ qõ nõ.i.c.
fi.j.de ſpõ.duo.ex quo credo q̃ ſi hodie ſilia v̄
ba ꝓferantur a iure vl̃ ab hoĩe nõ deberet dici i
diſtincte q̃ iducãt ſñiaȝ ipõ facto cũ papa ſolum
fuit in caſu noſtro illa vba iteꝑtat⁹ ⁊ cũ vtat̃ ꝑtiȝ
h̃ vbo volẽtes qõ nõ ẽ iuris antiq declaratiuuȝ
ſȝ noui iuris iductiuũ vt nõ.gl.i cle.vna.de offi.
vica.⁊ i cle.vna.de re.ꝑmu.ex ꝯiectural aũt poñt
h̃ deꝑꝛehẽdi iuxta nõ.in.c.i.de iudi.ſic intelligo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃ dixi i .d.c. ſi magno. Ex p̄dictiſ iſero ēt Do.
An. h̄ non bñ dixiſſe. q̄ i quodã notabili dixit.
q̄ per talia v̄ba a iure ꝓlata ſerſ ipo iure excōi
catio.non.n.ponderauit p̄dicta. q̄ ex ꝯiecturis
poſſent accidere.vt interp̄tatio fiat q̄ ſit canō la-
te ſñie.credo q̄ ſi mã ſubiecta ē grauis v̄l ſi ſr pō
derata erit canō late ſñie aliſ ſecus.ar.cle.exiui
de paradiſo.§.itē q̄r.de v̄.ſig. Si aũt ꝓferũt ab
hoīe.conſiderabiſ an proferēs eēt i actu ferē-
di ſñiam excōicatōis v̄l ne v̄l q̄d ſiſe. Nō ttio
q̄ icidētes i excōicationē i cãu hui⁹.c.ñ pñt ad
aliquos honores ſine pape diſpēſatione ꝓmo
ueri.ꝛ h̄ apte inuit lr̄a ibi totius ſpē ꝓmotiōis
ꝛc̄.vnde pōdera v̄bũ totius.ꝛ ſic nec ad ordies
nec ad bñficia ꝓmoueri poterũt.arg.c.ſolite.d̄
ma.ꝛ obe.ꝛ.xix.di.ſi rōanoꝝ. Nō q̄rto q̄ de-
liquēs i loco ſtudij ſortiſ forũ illius epī i cuius
dioceſi deliq̄t.ꝛ hoc ē generale ñ aũt ſpeciale i
caſu h⁹.c.ad hoc q̄d le.ꝛ nō. in.c. q̄d clericis.de
foro cōpe.ꝛ i.c.poſtulaſti.eo.ti.q̄d dicenduꝫ re
ſpectu abſolutōis fiende.dicã.j. Nō quinto
q̄tuor penas quas icurrũt religioſi ꝛ clerici ꝓ
hibiti audire leges ꝛ phyſicã.ꝛ hodie multi illa-
q̄anſ preſerti cuꝫ credant ſtudiuꝫ i hoc a papa
p̄uilegiatum.q̄d i veritate non eſt.nã cum eſſeꝫ
ſcholaris bononie fui deputatus cũ q̄buſdam
alijs ad videndum oia p̄uilegia illius ſtudij. ꝛ
iuenimus q̄ de audiendis libere legibus a per
ſonis hic prohibitiſ fuerat p̄uilegium pluries cō
ceſſum ad tp̄s decem annorũ tãtũ. q̄d tp̄s tunc
diu erat elapſũ.ꝛ tñ multi prohibiti ſtudebant
i legibus credētes p̄uilegium fuiſſe perpetuũ.
nec per hanc credulitatem euadebant penas h̄
expreſſas.cum eſſent in culpa i non videndo p̄
us priuilegium.ex quo attendebant actum a iu
re prohibitum.videſ eniꝫ craſſa ꝛ ſupina igno
rantia que non excuſat ēt a pena excōicationis
vt in.c.ij.de conſti.li.vi.ꝛ.c.ij.de temp.ordi.eo.
li.vnde v̄r affecta ignorãtia vt ibi d̄r.ꝛ hoc nō.
an aũt hodie illud ſtudiuꝫ bononie ſit i hoc pri
uilegiatum.ignoro.ſed iſtruantur volentes au
dire i illis ſciētijs per predicta. ꝛ per hoc dico
q̄ caueant ſtudentes in hoc ſtudio ſenenſi.nam
hoc ſtudium tale priuilegium ſpecifice non ha-
bet.ſed papa conceſſit priuilegiuꝫ quod habet
ſtudium bononienſe.An aũt per hanc conceſſi
onem veniant priuilegia poſtmodũ cōceſſa illi
ſtudio bononienſi. res non eſt ſine dubio. ſed
dico q̄ debent diligenter ponderari verba vtri
uſq̄ꝫ p̄uilegij.ꝛ maxime priuilegij conceſſi ad i
ſtar alterius.ꝛ vide de hac queſtione per Bal.
i.l.omnia p̄uilegia.C.d̄ ſacroſã.eccle.vbi r̄ferſ
Guil.formaſſe q̄ōnē i his t̄minis. papa ꝯceſſit
ſtudio toloſano omnia p̄uilegia pariſienſis ſtu
dij.querebatur an venirēt p̄uilegia poſtmoduꝫ
conceſſa ſtudio pariſienſi.ꝛ determiauit Guil.
q̄ non.quia priuilegiuꝫ non extenditur ad non
cogitata veriſimiliter ſicut ſunt ea que poſtea
accidũt.Sed Bal.ibi diſtiguit q̄ aut priuilegi
um fuit conceſſuꝫ ſub determinatione t̄pis.pu
ta quia conceſſit priuilegia conceſſa illi ſtudio
ꝛ tũc reſtrigitur ſecũdũ p̄uilegiũ ad iaꝫ conceſ-
ſa.aut fuit conceſſũ cuꝫ extenſione.quia cōceſ-
ſit conceſſa ꝛ concedenda vel per ſiſa verba. ꝛ
tunc eſt clarũ q̄ p̄uilegiũ dꝫ extendi ad poſtmo
dũ conceſſa.aut conceſſio fuit facta p̄ v̄ba ideſi
nita.ꝛ tunc ſi pōt apparere de mēte ex aliq̄bus
verbis illa ſeruanda eſt.vt i.c.itelligētia.d̄ ver.
ſig.al̄.aũt ſtat i dubio cũ Guil. vt nō extēdatur
ad poſtmodũ conceſſa.cũ priuilegiũ ꝯ ius ꝯceſ
ſũ ſit ſtricte itelligēdũ ꝛ interp̄tãdũ ſꝫ v̄ba.c. por-
ro.de p̄ui.ꝛ nō p̄dcã ꝓ q̄b⁹ remitto te ad nō. in
ſũ.i.c.q̄r circa.vbi tex.optim⁹ de p̄ui. vbi vide
ꝛ p̄ Jo.an.i r̄gl̄a cũ q̄d ꝓhibetſ i ſolutōe q̄ōnis
d̄ re.iur.l li.vi. Sed queritur circa predicta.q̄d
ſi reuocarentur p̄uilegia ſtudij bononiēſis.nũ-
quid tacite videantur reuocata p̄uilegia ſtudij
ſenenſis. cum ſint conceſſa ad inſtar illorum.
Guil.i.d.l.omnia priuilegia.tenuit q̄ non quia
iam fuit queſitum ius ſtudio ſenenſi. ideo non
ceſſat per reuocationem aliorũ p̄uilegiorum. ꝛ
idem ibi Bal.dicit tamen q̄ q̄ñq̄ꝫ ratio ſe habꝫ
per modum cauſe fiende q̄ñq̄ꝫ p̄ moduꝫ cauſe
eſſētie.primo caſu ſufficit q̄ ratio fuit tempore
conceſſionis quia tunc habuit ſuum effectum
ꝯſũmatum vt in cãu nr̄o.2⁹. caſu deſtructo vno
deſtruitur ꝛ reliquum.ar. in.l.ſi.ff. de excep. ꝛ
obſcure loquiſ vt ipſemet fatetur ſꝫ vult dice-
re q̄ quandoq̄ꝫ ratio conceſſionis nō depēdet
a futuro q̄ñq̄ꝫ ſic.vt.ſ. Aduerte q̄m hec faciũt
ad q̄ōnē nō.quã poſuit glo.i cle.dudũ.d̄ ſepul.
i verbo ꝯfeſſionē.vbi daſ p̄tãs fratribus abſol
uēdi ita tñ q̄ nō hēant ãpliorē p̄tãtē q̄ꝫ curatis
p̄rochialib⁹ ſit a iure conceſſa.q̄rit ibi nũc gl.an
ep̄o reſtrigēte p̄tãtē parrochialiũ in aliq̄b⁹ que
ſibi r̄ſeruat videatur per conſequentiã r̄ſtricta
p̄tãs fratrũ.ꝛ detminat ibi glo.q̄ ſic.ſꝫ certe du
bitari pōt de illa detmiatione.ꝛ potius tenereꝫ
oppoſitũ p̄ p̄dicta. Treꝫ p̄ v̄ba illi⁹ cle. vbi papa
daſ p̄tãtē fratrib⁹ tãtã quãtã a iure eſt ꝯceſſa cu
ratiſ ſacerdotib⁹.vnde pōdera v̄bũ a iure ꝛ tp̄s
ꝯceſſiōis.veniũt ḡ oēs caſus p̄t illos quos ius
penaliter reſeruauit ep̄is.papa aũt ñ habuit ibi
reſpectũ ad ꝯſtitutōes ep̄oꝝ que variãſ ſꝫ lo-
ca ꝛ tp̄a ꝛ i facto ꝯſiſtũt.ar.de ꝯſti.c.i.li.vi.cum
ſi.ꝛ nō bene predcã. Nō vlteri⁹ ex tex.q̄ ſtu
diũ theologie dꝫ eē magis p̄uilegiatũ q̄ꝫ ciuile.
fac ad nō.in.c.fraternitati.de cle.nō reſi.ꝛ i.c.ſup
ſpecula.d̄ magiſ.ꝛ credo poſſe attētari q̄ ſtudi
uꝫ iuris canonici non excludaſ ab h̄ fauore. q̄r
ſcia canōica ē p̄s diuine. Eſt ei in multiſ extracta
ab auctoritatib⁹ noui ꝛ veteris teſtamēti. vt dicit
tex.in.c.qualiter ꝛ quando.de accu.vt patet ex
ipſi⁹ iſpectōe ꝛ maxīe i decreto.hic appellatur i
multiſ locis ius diuinũ.vt i.c.nimis.de iureiur.
ꝛ.c.i.de iura.ca.ꝛ quod ibi nō. Ultimo nota
multa notãda que ſonãt in perſonatuꝫ.vt patet
i verbo ad archidiaconos.ꝛ quid ſit perſonat⁹
ꝛ i quo differat a dignitate.vide q̄d dixi i.c.de
multa.de p̄bē.Expediã p̄ glosas applicando

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicta docto.quatenus congrue ad illas appli-
cari poterūt. Prio igiẛ q̄ro quādo icipiūt cur
rere iſti duo mēſes de q̄bus i tex. So.glo.ij.ꝙ
tpe huius ꝯſtitutōis ſeu publicatōis ⁊ idē tʒ gl.
Pe.dicēs ꝙ hodie ceſſat iſtō tpus duoꝝ men-
ſiū cū hec ꝯſtitutō iādudū fuerit publicata ⁊ ſic
apte inuit ꝙ hodie ſtudētes i his facultatibus
īterdcis ipō fcō ſine expectatione illi⁹ tpis ſunt
excōicati ⁊ iſtis penis ⁊ alijs h̄ ꝯtētis obnoxij.
Aduerte tamē latius colligēdo q̄ ſcibūt doc. h̄
ſup tex.q₂ mā ſparſiʒ poſita īgerit difficultates
vt dicit tex.ſ.i.ꝓhemio huius cōpilatōis i hoc
eni paſſu tres reperiūẛ opi.p̄ncipales p̄ma fuit
glo.ſcd̄a ē huic ꝯtria.nā dixerūt q̄dā ꝙ oli ſʒ cō
ciliū turonēſe aſſignabaẛ iſtud tpus duoꝝ men
ſiū ſʒ hodie per iſtū tex.hoc fuit inouatū ſācitū
vt ipō fcō incurrāt excōicatōeʒ ꝑ tex.ibi vt ō ce
tero ⁊c.ſʒ Hoſt.nō placuit hec opi.ꝑ iſtū tex in
fi.lrē vbi videẛ conſeruare illud tpus vt patet
ibi.j.ſpaciū p̄ſcriptū ⁊c.⁊ h̄ dictū Hoſt. tenuit
Vin.⁊ placuit Jnn.ſed i.c.n̄ magno.tenuit ipſe
Jnn.p̄mū.ſ.vt hodie ſit fcā inouatō ⁊ idē Hoſ.
hic rn̄dens ad iſtum tex.i fi. ꝙ nō loqẛ de reli-
gioſ ſʒ de ſecularib⁹ clericis Jo.an.⁊ do. An.
ſimpliciẛ tn̄ſeunt recitando. Tertia opi.p̄ncipa
lis fuit Vin.q̄ dixit ēt hodie tps duoꝝ menſiuʒ
habere locum ⁊ illud currere ab exitu ipi⁹ mōa
ſterij hac.de cauſa vt audiant has ſcientias inẛ
dictas. Et idē Jnn. Pe.⁊ Abb.⁊ h⁹ quo ad re
ligioſos q̄ad ſeculares vero currit ab iceptōne
auditus.⁊ cū hac opi.tranſit Jo.an.h̄ ſup glo.
⁊ hāc ptē ſeqẛ do. Car.⁊ do. Pe. de ancha.tn̄
vt euiteẛ iuriū correctio.tuʒ q₂ iſtud.c.venit ad
declarandū penā ⁊ ad eius augmētū diſponēs
vt excōicatio intelligaẛ inflicta ipō fcō i alijs q̄
remanet conciliū turonū imutaẛ ar.i.l. p̄cipim⁹
C.de appel.in fi.nō ergo icurrūt excōicatōem
niſi poſt lapſū duoꝝ mēſiū etiā ſi certū ſit ante
eos ad monaſteriū redire nō poſſe ar.c.cōmiſ-
ſa de elec.li.vi.ſm eos hāc eandē opi.videẛ ta-
cite formare Jo.an.i tex.ſup vbo redierint vbi
elicẛ q̄buſdā opi.cōcludit ꝙ iſtud vbū poſitū i
c.n̄ magno.iducebat difficltatē ⁊ opi.q̄ recitaẛ
hic q̄ſi illi eēnt ſicut excōicati euitādi nō autem
erunt excōicati.vnde erāt opi.an illud vbuʒ eēt
ſimilitudinariū an vitatis exp̄ſſiuū ⁊ ideo dicit
ꝙ ipō fcō eſſent excōicati ⁊ hec opi.veriſſima n̄
ergo itēdebat h̄ papa tollere beneficiū duorum
menſium ſed ſolū vt nō regratur ſentētia ab ho
mine ferēda cū eni h̄ veniat ad declarationē illi
us nō debemus itelligere ꝙ voluerit i aliq̄ cor-
rigere p̄ſerti q₂ pene ſūt potius molliende q̄ʒ re
laxande vt i regula odia.⁊ in regula i penis. de
re.iur.li.vi.⁊ c.ſtatutū.de elec.li.vi.p̄terea facit
tex.in fi.vbi in ſecularibus retulit ſe ad tpus p̄-
ſcriptū nō ergo erat ſublatuʒ q₂ alſ oportuiſſet
de nouo apponere tēpus. Itē papa voluit h̄ in
penis religioſos ⁊ iſtos ſeculares eq̄parare vt
pʒ ibi hoc extēdi volumus.q̄ debēt eē equales
ētī tpe viculādi alẛ eni eēt diſparitas in penis.⁊

nota has meas cōſideratōnes que iudicio meo
multū ſtrigūt ⁊ ꝑ h̄ ē ſublata opi. Hoſti.⁊ alioꝝ
Ad opi.glo.dico ꝙ euidēter eſt falſa per.c.non
magno.vbi papa voluit exp̄ſſe hoc tēpus cur-
rere non a tēpore conſtitutōis ſʒ a tpe exitus vt
pʒ in verbo ſi vero exierit.vbi refert ſe ad illos
q̄ exierint.⁊ infra duos menſes nō redierint vn̄
poſſibile fuit ꝙ ob hāc cāʒ nō exierunt poſt an
nū ſi eni tex.aſſignaſſet illū terminū his q̄ iā ex
iuiſſent tunc poſſʒ gl.ꝓcedere. Sed circa hoc
quero q̄d ſi religioſus exiuit cā audiendi leges
poſtea mutato propoſito cōtulit ſe ad theologi
am. So.dicit Jnno.ꝙ ſibi nō ꝓdeſt ad penas
euitādas ſed oportet ꝙ redeat ad monaſteriuʒ
iux̄ diſpoſitionē huius.c.⁊ ſufficit ita p̄ſcriptuʒ
eſſe dicit tamen ꝙ ſi abbas ſignificaret ei ꝙ iret
ad theologiā ꝙ tūc cenſeẛ reuerſus ad clauſtꝝ
lʒ verba in hoc nō ſonent.ff.de i ius vocā.q̄ʒuis
ſicut purgaẛ vitiū furti re apud furē remanēte
ō auctē dn̄i.ff.de vſuca.ſi fur. Sʒ ſi poſtmodū
abbatis mādato deſerto iteꝝ redijt ad leges in
cidit i hāc penā ipō fcō ſm eū mihi nō placʒ pri
mū dictum.puto eni ꝙ licet exiuerit cauſa audi
endi leges ex quo tamē mutato ꝓpoſito cōtulit
ſe ad ſcientiam ꝑmiſſā non icidit in penā licet n̄
redeat ad mōaſteriū.moueor q₂ ceſſat hoc cāu
rō conſtitutōis de qua i.c.nō magno.ſ.eo.in v̄.
vnde ne occaſione.vbi diciẛ hoc ſtatutū emanaſ
ſe ne viri ſpūales mūdanis rurſuʒ actionibus i-
voluātur que ratio ꝓrſus ceſſat ſi ab his actio-
nibus mūdanis deſiſtant p̄ſerti nō inchoādo
nā conſtitutō p̄ſertim penalis ceſſat ceſſāte rōe
conſtitutōis vt.l.adigere.§.q̄ʒuis.ff.de iur.pa.
vbi caſus.ſi eni cōſtitutō penalis extēdiẛ ꝑ idē
titatē rōnis vt in.l.ij.ff.ad tercul. potius debet
ceſſare ceſſante rōe vt i.c.cū ceſſāte.de appella.
Itē ceſſat h̄ cāu fauor theologice facultatis.p̄-
terea deus mutat ſn̄iaʒ peccatore mutāte vitaʒ
vt i.c.icōmutabilẛ.xxij.q.iiij.q̄ idē i ꝯſtitutōe ec
cleſie ar.c.vt noſtꝝ ꝓdeat.i p̄n.vt eccẛ.be.⁊ ad
iſtū tex.i.eo ꝙ reqrit ꝙ redeat.j.duos menſes
dico ꝙ habuit reſpectū ad effectū quādo.ſ.de-
dit operam ſcie interdcē vel ſtat i illo ꝓpoſito.nā
vba debēt itelligi cū effectu p̄ſerti i penalib⁹ vt i
l.i.§.hec āt vba.ff.qō q̄ſqʒ iur. ¶ Opp.⁊ vr̄ ēt
ꝙ ceſſante hac cōſtitutōe mōachi ⁊ canoici re-
gulares debēt repelli a p̄rocinādo niſi ꝓ mona
ſterio ⁊c.vt i.c.ij.de poſtu. So.glo.iij.ſentit ꝙ
hic repellūẛ tāquā excōicati vbi repellūẛ rōe re
ligionis hec ſo.nō multū ſatiſfacit niſi de vbis
vnde Hoſt.dicit ⁊ meli⁹ ꝙ i.cāu huius.c.nō ad
mittēẛ iſti ēt ꝓ monaſterio ſuo ⁊ abbate impan
te ꝓ eo ꝙ ſunt excōicati aliter nulla eēt pena ſʒ
eū hec rō ē bona ſed nō quatenus ſe fūdat ſup
excōicatōe q₂ tūc nullū eēt hic ſpāle cū q̄libʒ ex
cōicatus repellaẛ a patrocinādo vt i.d.c.decer
nimus.de ſen.excōi.li.vi.vnde intelligo tex.iſtū
ꝙ quātūcūqʒ iſti ſūt abſoluti tamē i penā nō de
bent in aliqua cā admitti ad patrocinādū etiam
in caſibus in quibus alſ religioſi admitterenẛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iuxta nõ.in.c.ij.de poſtu.⁊ in.c.cuȝ J.⁊ A.de re
iudi.puta ꝓ monaſterio ⁊ pro pauperibus ſm
Jo.⁊ Abbi.hic ⁊ nõ hoc vltimũ.⁊ vide qð nõ in
d.c.ij.ſicut enĩ quãtũcũqȝ ſint abſoluti non poſ
ſunt ꝓmoueri abſqȝ diſpenſatione ſedis apoſto
lice.vt hic ⁊ in.d.c.non magno.ita nec ad parro
chiandum admitti ne exerceant ſcientiaȝ contra
prohibitionem iuris didiſcitam. Glo.in.v̄.preſ
byteros in effectu fac̄ duo.p̄ querit an ꝓhibitio
iſta habeat locũ in habentibus perſonatum non
curatum.2º an hēat locum ĩ hñte eccleſiã parro
chialem.ſi alẜ nõ eſt presbyter. Ad primũ reſpõ
det ꝙ ſic.qð mihi plȝ.q̄ iſta lr̃a loqtur indiſtincte
nec ad eſſe ꝑſonatus requirit̃ ꝙ habeat aĩarum
curaȝ.imo ↄ̃rium ꝓbatur ĩ.c.dudum.ij.de elec.
Ad 2m dubium rñdet ēt affirmatiue.ſed hodie
dic tu vt eſt d̃terminatũ ĩ.c.i.eo.ti.li.vi.vbi decla
rat̃ ↄ̃riũ niſi eccl̃ia prochialis ſit plebania ſub ſe
hñs capellas vt ibi dr̃. ¶ Glo.i.v̄.ſpaciũ fuit de
clarata ſup gl.ij.q̄ ad ꝑmaȝ ptẽ. Sȝ ĩ 2ª pte q̃rit
nũqd epũs poſſit illos abſoluẽ.⁊ cõcludit ꝙ ſic ex
q̄ ꝯditor canonis abſolõnẽ ſibi nõ r̃ſeruauit.idẽ
ēt tenet Hoſt.Jnn.⁊ Do.q dicũt ꝙ vtqȝ epũs po
ſit abſoluẽ.ſ.ille ĩ cuiꝰ dioceſi ſtudet ⁊ epũs ꝓpriꝰ
ipſiꝰ excõicati.Ab.tenuit ↄ̃riũ q̄ ad epũ ꝓpriũ
ꝑ nõ.ĩ.c.pe.de offi.lega.Ego dico latiꝰ ſic ꝙ aut
q̃rit̃ de ꝓprio epõ ⁊ teneo ꝙ poſſit abſoluẽ p.c.
nup de ſẽ.exco.li.vi.⁊ ſi h̄ facere vult ĩ ꝓpria dioce
ſi res ẽ ſine dubio.aut vult abſoluẽ ĩ dioceſi alie
na.⁊ h̄ cãu vr̃ tacite voluiſſe Abb.ꝙ ñ poſſit per
illud.c.pe. Sȝ ego alr̃ Abb.dico tibi ↄ̃riũ q̄ cũ
h̄ caſu requirat̃ in abſolõe cognitõ cauſe ẽ iuriſ
dictiõis volũtarie que poteſt exerceri extra ter
ritoriuȝ.vt in.l.ij.ff.de offi.procon.nõ.in.c.nouit
de offi.lega.⁊ hoc apte ĩ abſolutione voluerunt
ibi Jnno.Ho.⁊ Jo.de.lig.in.cle.q̃uiſ.de foro
cõpe.glo.tñ in.d.c.nouit.vr̃ vacillare.ſed debent
reduci ad ꝯcor.per ſupradicta.an.ſ.fiat cuȝ cau
ſe cognitione an ſine.ad.c.pe.qð loquitur in lega
tis volentibus abſoluere in caſibus reſeruatis
pape iure ſingulari qui non poſſunt niſi ſecũduȝ
limitationem ibi traditam. Aut queritur de epi
ſcopo in cuius dioceſi ſtudet.⁊ tunc in religioſis
credo ꝙ non poſſit q̄ niſi r̃deant ad monaſteri
um nõ videntur contriti cũ conſtitõ turoñ.conci
lij artet vt r̃deant ad monaſteriuȝ niſi aliud dica
mus in excomunicatione propter periculum ne
decedant in via ar.c.qua fronte.de appel.in cleri
cis vð ſecularibꝰ poterit.tñ quia ĩ ſua dioceſi de
liquit.tum quia ratione reſidentie dr̃ epiſcopus
proprius.ar.eius qð de ſacerdote curato dicit
glo.nõ.in cle.i.de priui. ¶ Ultima glo.querit an
omnes pene ſtatute contra religioſos habeant
locum in ſecularibus clericis hic prohibitis. Et
tandeȝ concludit ꝙ ſic.⁊ hoc videtur mihi indu
bitabile cum tex.in extendendo illam conſtõneȝ
loquatur ibi in plurali.vt patet ibi hoc extendi
volumus ⁊c̄.vnde deriſorium eſſet dicere ꝙ cõ
prehendat partem penarum ⁊ non omnes.vbi
enim verba clara ſunt ceſſet interpetratio.l.ille

aut ille.de leg.iij.⁊.l.non aliter.e.ti.⁊.c.ſi.de ver
bo.ſig.⁊ hãc opi.ſequuntur hic communiter doc.
Nã ex cõtrario ſequeret̃ vt dicit Jo.an.ꝙ qua
rõne non incurrant illas de quibus in glo.ita nec
reliquas. ¶ Nunc glo.explicitis pro declaratio
ne tex.⁊ materie ſubmittã aliqua hic per doc.ta
cta.Et primo quero quid ſi religioſi non exeunt
clauſtrum.ſȝ in clauſtro exñtes audiũt vl̃ legũt
facultates hic prohibitas. Hoſ.Jnno ſentit ꝙ ta
les non ligant̃ penis hic contentis per tex.hic ⁊
ſupra eo.non magno.qui diſponit contra exeun
tes clauſtrũ.Ho.dic̄ hoc procedere quo ad ver
ba ſecus quo ad mentem de quo hic in.v̄.quia
vero.adducit in ar.pro ⁊ contra.c.inter cetera
de offi.ordina.⁊ dicit ꝙ hec indigent declaratio
ne conſuluit tamẽ ꝙ in hoc dubio debẽt tales ſe
reputare ligatos.ar.c.illud.de cle.ex.minis.exi
tus enim monaſterij videtur ſecundum eum ꝙ
fuerit cauſa impulſiua huius conſtitutionis.ſȝ
cauſa finalis fuit quia iſte ſcientie non conueni
unt religioſis cũ ⁊ exercitium ſit eis interdictuȝ
vt in.c.ij.de poſtulat̃.do. An.ſequitur primuȝ dc̃m
Jnno.quia pene ſunt odioſe ergo reſtringende
de pe.di.i.pene.⁊ qð le.⁊ nõ ĩ.c.ſtatutũ.de elec.
li.vi. Aduerte pro dicto Hoſtien.facit tex.hic
in fine vbi in clericis ſecularibus prohibitis nõ
ponderatur exitus eccleſiarum.vnde in eis di
cunt docto.ſuper tex.ꝙ ſpatium duorum men
ſiuȝ cõputat̃ a tp̃e auditꝰ. Si vero ĩ ſecularibꝰ
procedunt pene vbicũqȝ audiant vel ſtudeant.ḡ
fortius idem dõȝ in religioſis quibus principali
ter iſte ſcientie fuerunt interdicte.vt.ſ̃.eo.non
magno.argu.in auc̃.multomagis.C.de epi.⁊
cler.⁊.c.cum in cunctis.de elec.⁊ eſt fortis conſide
ratio.ſed nihilominus ſequor dictum Jnno.q̄
conſtitutio penalis non eſt amplianda.immo re
ſtringenda adeo ut non veniant illa que ex lata
verborum ſignificatione poſſent cõprehendi.vt
probatur in.c.cum in cunctis.de elec.iuncto.c.ſi
compromiſſarius.eo.ti.li.vi.c.ſtatutuȝ.eo.ti.⁊
qð ibi nõ. Jo.an.qui idem nõ.in reg.odia.de re
gu.iur.li.vi.in mercu.ſed tex.in.c.non magno
de religioſis loquens ⁊ iſte illaȝ conſtitutionem
referens loquitur de religioſis exeuntibus mo
naſterium cauſa audiendi leges ⁊ non redeunti
bus infra ſpatium duorum menſium.ergo non
debet habere locum pena in non exeuntibus.ſȝ
ſtudentibus vel legẽtibus in clauſtro licet aliter
male faciant cum verba hoc non patiantur.ꝓ h̄
vide tex.ĩ ſimili ĩ cle.ne ĩ agro.§.q̄ vero.de ſta.
regu.iũcta gl.ĩ verbo ipſo facto.nec obſtat ſi di
catur eãdẽ eſſe rõnem ĩ nõ exeũtibus.q̄ primo
negari põt hoc cũ magis delinq̃t r̃ligioſus exeũ
do clauſtrũ ex cauſa illicita.⁊ deſerendo mona
ſterium.ar.xvi.q.i.placuit.q̄ȝ rem ipſaȝ illicitam
ĩ mõaſterio attẽtando.cũ hoc vltimo caſu com
mittat vnuȝ peccatum ⁊ ĩ precedẽti duo.merito
magis fuit ibi ĩ pena exaſperandum ar.xxiiij.q.
i.nõ afferamus.⁊.ff.de pe.reſpiciendum.fac̄ qð
nõ.Jo.an.in dc̃a reg.odia. Item facit quod nõ

Jo.an.i.c.diſpēdia.de ꝓſcrip.li.vi.vbi vult ꝙ da
ta aliq̄ identitate rōis dꝫ hr̄e locū diſpō.ll.ſꝫ nō
ipſius pena nō ob.qḋ dr̄ i ſecularibus clericis.ꝑ
ga ipſi nō hn̄t monaſteriū.ſcḋo dico ꝙ nō eſſet
peccatū i eis attētare ꝙ ſi i domibus ſtuderēt in
iſtis ꝙ euaderēt has penas.ga tex.iſte i vbo ga
vo.ſolū voluit extēdere cōſtitutōez turoñ.ꝯcilij
ad iſtos habentes ꝑſonatus ⁊c̄.vt ergo iſta ſit
vera extēſio debēmꝰ facē illā cū oibꝰ ſuis q̄lita‑
tibꝰ.ſ.qñ exeūt ꝓprios lares cā audiēdi has ſci
entias ⁊ effectualiṫ i eis dāt operā.nā cōſtitutio
penalis nō ē multū laxāda maxīe cū ſcia ex ſe ñ
ē mala ſꝫ ucc̄ia ad regimē eccl̄ie vl̄is ſaltē i tꝑali
bꝰ.vt.j.dicā.⁊ ꝑ h̄ facilꝰ deciduntur q̄ōes ſe.

¶ Quero gͦ qd ſi religioſus canoniſta vl̄ theolo
gus vadat ad pᵉcipiū amici icipiēt̄ i legibꝰ vel
phyſica cā honorandi amicū.So.dic̄ Jnno.ꝙ
nō ē ſuū h̄ iterpretari cū quātū ad vba dānatur
hic lectio ⁊ auditꝰ.putat tn̄ ꝙ papa rn̄deret talē
ex mēte nō ligari.qa vba ſūt cū effectu itelligēda
maxīe i penalibꝰ.l.i.§.hec aūt vba.ff.qḋ q̄ſqꝫ iu
ris.⁊.c.relatū.de cle.nō reſi.ſꝫ ego dico tibi ꝙ ēt
q̄ ad vba talis nō includiṫ nec ligaṫ.⁊ miror de
Hoſti.q ita ad corticē vr̄ pōderaſſe lr̄aꝫ.nā tex.
iſte.⁊.c.nō magno.diſponit i religioſis exeunti‑
bꝰ cā audiēdi leges.ſ.vt pᵉcipaliṫ i eis ſtudeant
cā ꝓficiēdi i eis ⁊ clare ꝓbatur i.c.nō magno in
pᵉi.vbi dr̄ ꝙ iſti volebāt audire leges ſub prete‑
xtu eccleſiaſtica negocia fidelius pertractandi ⁊
medicinam occaſione languentiū fratrū ⁊ ſubij
citur ibi ꝙ ne occaſione ſcientie viri ſpūales ite‑
rum iuoluantur mundanis actionibus.iō ſtatu
tum fuit ⁊c̄.que omnia ceſſant in queſtione nr̄a
quando religioſus exiſtens preſertim in ſtudio
vadit cauſa honorandi pᵉcipium alicuꝰ amici
nā videmus ꝓ amico monaſterij pōt religioſus
aſſumere ꝓcurationem ſeu aduocatōeꝫ etiā in
foro ſeculari.ga in cōſequētiā tractatur vtilitas
monaſterij iuxta nō.per Jnno.⁊ alios in.c.cuꝫ
J.⁊ A.de re iudi.ergo fortius licituꝫ eſt ire ad
honorandum pᵉcipiū amici. ¶ Sed queritur
tertio quid ſi ille qui incepit legere habet paucoſ
ſocios propter quod ille religioſus vult euꝫ cō
tinue honorare.So.dic̄ Hoſti.ſe nō admittere
talē honorē etiā ſi legērem extraordinarie vellꝫ
tn̄ ſemel i ſeptimana honorare.⁊ hoc vt omnis
fraus excludaṫ.all̄.inſti.vi bo.rap.§.ſed neduꝫ
talia.⁊.ff.de trāſac.cum hi.⁊ de diuor.quāto.cū
ſi.placet mihi dictum Hoſti.quando iſte facerꝫ
in fraudeꝫ.⁊ cum hoc exigeret continuationem
duorum menſium per predicta.ſed vbi faceret
ſine fraude dico ſecus per ſupradicta ⁊ ſatis vi‑
detur de mente Hoſti.fraus autem poterit deꝑ
hendi ex cōiecturis.vt in.c.ij.de renū.li.vi.l.do‑
lum.C.de dolo. ¶ Quarto quero nunquid ꝑ
ſona eccleſiaſtica hic prohibita poſſit aliquibus
priuatim in camera leges vel medicinam legere
So.Hoſti.concludit ꝙ non ⁊ ꝙ talis non eua‑
dat penas hic poſitas.quia ſtudium hic prohi‑
betur ⁊ lectio.vt hic iuncto.c.non magno.ſ̄.eo.

lex enim nō debet eſſe impoſita verbis ſed rebꝰ
vt in.c.cōmiſſa.de elec.li.vi.Ego dicerem ꝙ aut
legit in monaſterio proprio ⁊ nō incurrit penaſ
de quibus hic per ea que.ſ̄.dixi de ſtudente in
monaſterio poſt Jnnocē.in alijs queſtionibus.
Aut extra monaſterium.⁊ tunc pendet ab alia
queſtione an.c.cum magno habeat locum in le‑
gente ſeu docente Hoſtien.videtur velle ꝙ ſic ⁊
Jo.an.hic ſuper v̄.ſtudent vbi dicit ꝙ iſtis reli‑
gioſis prohibetur auditus.vt hic in pᵉi.⁊ lectio
vt.ſ̄.c.non magno.⁊ ſtudium.vt hic in v̄.non ve
rum.⁊ idem ſentit Jo.an.in regu.cum quid.de
reg.iu.li.vi.in mercu.Sed in queſtionis ſoluti
one videtur illud reſtringere magis ad religio‑
ſos reſpectu legendi q̄ꝫ ad clericos ſeculares.qꝛ
iſte tex.de ſecularibus loquens non repetijt de
legēte de quo fecerat mentionem tex.in.c.non
magno.ſ̄.eo.formauit enim ibi Jo.an.queſtio‑
nem in priuilegio conceſſo ſtudio vt perſone ali
as prohibite poſſint ibi libere in his ſcientijs in
terdictis ſtudere an per hoc videatur data po‑
teſtas capiendi doctoratum ⁊ legendi magiſtra
liter ⁊ poſt multa concluſit ꝙ ante factum tenen
dū ē ꝙ non cum omnia iſta videantur in iſtis iu
ribus procedere a pari.iō ꝑuilegiū odioſū nō dꝫ
extēdi vltra caſum conceſſū.fac quod nō.glo.i
c.ſi canonici.de offi.ordi.li.vi.Sꝫ poſt factū pu
tat ꝙ ſecularis clericus nō ſit cēſendꝰ ligatꝰ quia
hec iura expreſſe nō ꝓhibēt ei niſi auditū ſeu ſtu
diū.ergo ergo ꝯcediṫ ꝑ ꝑuilegiū ꝙ pñt libere ibi
ſtudē.gͦ vr̄ ſibi cōceſſū illud qḋ venit acceſſorie
ad ſtudiū.ſ.facultas aſſumēdi doctoratū.⁊ per
ꝯñs legēdi.ſꝫ in religioſis dubitauit.ga.c.ñ ma‑
gno.iūcto iſto vr̄ eis ꝓhibere lectōem auditū et
ſtudiū.vno ergo cōceſſo nō veniūt alia ſpāliter
ꝓhibita ar.i.l.qḋ vo ꝯ rōez.ff.de.legi.⁊ q̄ꝫq̄ꝫ vi‑
de itur hec ſubtiliṫ dcā.tn̄ ſi qs vellꝫ ſubtiliṫ hūc
paſſū cōſiderare poſſꝫ dicē ꝯriū ¶ Et aduerte
q̄ſo diligēter.nā dico ꝙ.c.nō magno.ñ loquitur
d̄ legētibꝰ.i.docētibꝰ.ſꝫ d̄ addiſcētibꝰ.vñ poniṫ
ibi legē largo mō.ga ois q ſtudet vt ꝓficiat le‑
git.ꝑ q̄ fac̄ etymologia vocabuli.nā dr̄ lex a le
gēdo.vt dic̄ Yſidorꝰ.v.etymologiaꝝ.⁊ iō Jo.
an.ſup rl̄a nemo pōt.li.vi.i mercu.h̄ apte ꝓbat
rōe lr̄e i.d.c.ñ magno.dr̄ eiꝫ ibi ꝙ rligioſi exeūt
ad audiēdū leges ⁊ phyſicā ſub ꝑtextu ꝯſulēdi
lāguētiū fratrū corporibꝰ ⁊ eccleſiaſtica negocia
fidelius ꝑtractādi.⁊ ſic vt poſſint ꝓficere ⁊ edo
cti agerēt ꝑdicta.h̄ ēt aptꝰ ꝓbat lr̄a huius.c.q̄
referēs mentē ⁊ q̄ſi vba illius cōſtitutōis vbi ille
dixit de legētibꝰ iſtā vo declarādo dixit de au‑
diētibꝰ.nec ē veꝝ ꝙ iſta ꝓhibeat auditum ⁊ illa
lectōem vt voluit Hoſti.de q̄ miror.ga hec lr̄a
ſolū venit ad declarādū illā.nil autē adducit de
nouo niſi quatenꝰ ꝙ rligioſi icurrāt excōicatio‑
nē ipſo facto.⁊ ꝙ hec cōſtitutio extēdiṫ ad ha‑
bētes ꝑſonatū.⁊ ad ꝑſbyteros.vt h̄ ⁊ eodē mō
dr̄ de ſtudio.nā poniṫ h̄ ſtudiū ꝓ ipſis ſtudēti‑
bꝰ.ſ.addiſcentibꝰ.nam ſtudiuꝫ magis conuenit
addiſcētibꝰ q̄ꝫ docētibꝰ.ſtudē eiꝫ ē valde cupē

binc lrarū ſtudia dicta ſūt a cupiditate lectionū
vt nō. Archi. in. c. in noua. xvi. q. vij. vnde qḋ ꝑ
us hic dixerat de audiētib⁹ poſtea ſbiecit de ſtu
dētib⁹ q̄ſi audientes ſint ſtudētes. q̄re cōcludo
ꝙ. c. nō magno. ⁊ iſtud ſoluꝫ loquūt in audienti
bus ſeu ſtudentib⁹ addiſcēdo. ⁊ iſti ſūt qui icur
rūt penas ꝑdictas. legētes aūt. i. docētes nō pu
to icurrē bas penas nec ēt illos q non ſtudēt vt
addiſcāt qꝛ verba illis nō ꝯueniūt vt pꝫ ex ꝑdi
ctis ⁊ a vbis cōſtitutōis penalis nō eſt receden
dum vt ſupra dictū eſt ꝑſertiꝫ cū nō puto in eis
ꝓcedere ⁊ militare rōnem q̄ eſt in addiſcētibus
nam addiſcēs vr̄ moueri malo zelo. ſ. vt inolua
tur rurſus actōib⁹ mūdanis in patrocinādo et
ſibi⁹ vt innit tex. in. d. c. nō magno. Item fauo
re theologie. vt exq̄ in actu addiſcendi eſt melꝰ
vt det opam theologie ſꝫ ille q ꝑus ſcientiā iſtā
didiſcitā docet nō facit vt inuoluat actōib⁹ mun
danis imo cōicat alijs ſcientiā in ſe bonam ⁊ ne
ceſſariā ad regimē orbis. fac qḋ nō. glo. in cle. ij
de magiſ. in verbo honorē. vel ꝑſuppoſito ꝙ pec
cet nō tū tantū q̄ztū ille q nūc icipit addiſcē me
rito nō dꝫ in eo hr̄e locū penaꝝ diſpō. ⁊ ꝑ h̄ dice
rem ꝙ ꝑuilegiat⁹ vt in his ſcientijs poſſit ſtudē
vr̄ ꝑuilegiat⁹ ad id qḋ ſequit ex ſtudio. ſ. ad do
ctoratū ſumendū ⁊ ꝑ ꝯñs ad legendum cum in
doctoratu dat ꝑtās legendi. vt nō. in. cle. ij. ⁊ in
l. magiſtros. C. de ꝓfeſ. ⁊ medi. li. x. hoc tamen
ē magis dubitabile ⁊ ante factū conſulere abſti
nendū. ¶ Ultimo opp. cōtra lrām ⁊ ꝑdicta. vr̄
eni ꝙ min⁹ legitime ꝓhibeat religioſ ⁊ maxie
ꝑlatis ſtudiū ſcie ciuilis. nā. d. in ꝓhemio hu⁹
cōpilatōis mandat vt oēs in iudicijs ⁊ ſcholis
vtant hac ꝯpilatōe. ġ mandatū cēſet omne id ſi
ne quo illud explicari nō pōt vt in. c. prudentiā
de offi. dele. ⁊. l. ad rem mobilē. ⁊. l. ad legatum
ff. de ꝓcur. ſed nō poſſum⁹ vti niſi illaꝫ ſciam⁹.
ſcire autem non poſſumus niſi ſtudeamus in
illa. ſed ſtuderi ⁊ ꝑfecte intelligi nō pōt ſine no
ticia ſcientie legalis cum multa ſint in hac cōpi
latōe ⁊ ſcia canonica que minime itelligi valeāt
niſi data ſcientia legali preſertim cum multe le
ges ſint icorporate in decreto ergo debet illaꝝ
ſtudiū ꝑmitti maxime cum lex ciuilis ſit ꝑs di
uine ⁊ theologie ſcientie ⁊ locum ſuum neceſſa
rio obtinet in eccl̄ia ſalteꝫ quo ad regimen tem
poraliū que nō ſūt ꝯtēnenda. xij. q. i. vidētes. i. q
iij. ſi quis obiecerit. vñ leges dicūt ſacratiſſime
. l. leges ſacratiſſime. C. d̄ legi. ⁊ alibi dr̄ ſanctiſ
ſima. vt in. l. i. ff. de var. ⁊ ex̄or. ꝯgni. ⁊ ꝑ ora ꝑnci
pum d̄eus illa dicitur ꝓmulgaſſe vt in. c. fi. xvi.
q. iij. ⁊ in. l. fi. C. de ꝑſcrip. xxx. vl̄. xl. anno Sed
Hoſti. formauit hoc contrariū ⁊ refert ꝙ Rof.
beneuentan⁹ in rubrica de rapto. poſt prin. dice
bat ꝙ papa cum duobus ſuis cōſiliarijs fecit ſi
cut vulpes faciunt qui dānant ceruſa cum illa
ꝯmedere nō poſſunt Et dicit ꝙ ad regimen ec
cleſie ſcientia ciuilis eſt ſumme neceſſaria ⁊ pro
fecto ſatis inhoneſte locutus eſt de principe et
recordari debuiſſet de. c. ſup ſpecula. j. de ꝑuile.

vbi dicitur ꝙ raro occurrunt cauſe eccl̄iaſtice q̄
nō poſſunt canonicis ſtatutis expediri. Ideo
Hoſtien. dixit hic ⁊ melius ad contrarium ꝙ
materia legum in canonibus contēta poterit ſi
ne principali ſtudio lectione ⁊ auditu legum ha
beri ⁊ declarari ꝑ libros iuris ciuilis qui habe
ri licite poterunt ⁊ ſic ꝑ ſtudium camere ad hoc
principaliter nō ordinatum ſed in finē melius i
telligendi ſcientiaꝫ canonicam poterit quis cō
trario ſatiſfacē. ¶ Et nō hoc vltimū ꝙ licitum
eſt religioſis ⁊ alijs h̄ ꝓhibitis habē libros ciui
lis ſciētie ⁊ in eis in camera ſtudē ad finē melꝰ
intelligendi canones nō autē principaliter pro
pter ipſam ciuilē ſciētiam acquirēdam pro hoc
allego bonū tex. in. c. turbat. ⁊. c. ſi quis grāma
ticam. ⁊. c. de quibuſdaꝫ. xxxvij. diſ. nam cuius
finis bon⁹ eſt ipſum quoqꝫ bonū eſt. i. q. i. nō eſt
putanda. Eſt enim ſcia addiſcenda pncipalit
ꝓpter deum ⁊ bonum publicum. ꝑ ſciētiam eni
mundus illuminat ⁊ ad obediēdum deo ⁊ mi
niſtris vita ſubiectorum informat. vt dicit tex.
in auc. habita. C. ne fi. ꝓ pa. ¶ Et qui ad hunc
finē eam cōſequitur nedū famam in hoc ſeculo
ſed mercedē maximam in futuro. ¶ In cuius
finē altiſſim⁹ nos ⁊ oēs alios tam preſentes q̄ꝫ
poſteros ſciētie inſiſtētes dirigat ꝑ ſuam ineffa
bilem clemētiam. Abbas.

¶ Finit lectura dñi Nicolai abbatis ſup tertio li
bro decretaliū. Uenetijs impreſſa ꝓuidorū vi
rorum dñoꝝ Jo. de colonia. Johanniſqꝫ man
then de gherretzem ſocioꝝꝫ impendio. Anno
ſalutꝭ dñice M°. cccc°. lxxviij. 4°. nonas madij.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf